





P V I S

1 6 0 3













Jf 4600



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.





INDEX SCRIPTORUM
MINIMI VOLVMINE HOC
contentorium

I
DISPUTATIONES.

- I. De Sacramentis Noui Testamenti Jo. Achimi Gazæi.
- II. De Rectâ integrâq. Ecclesiarum Reformatione Daniellis Tostani.
- III. De Justificatione M. Wolfgangi Ambingeri.
- IV. De Personâ Christi D. Andr. Pratorii.
- V. De tribus generibus Communionis Joh. Matthei.
- VI. De Personâ Christi, D. Jacobi Andreae.
- VII. De Principis doctrina Christiana Capitibus: de quibus respondebunt pro Licentia in Theologia consequenda.
- VIII. De Imagine Dei in homine D. Joachimi Mörkeli et D. Martini Chemnitii.
- IX. De Sacra Scriptura D. Joh. Matthei.
- X. De Verbo Dei Scripto et non Scripto D. Georgii Mylii.
- XI. De Interpretatione Graecorum Verborum Act. 3. Ιουδων κεινον οι δεσ ούκατοι δεσ Αδα. D. Selmecezi.
- XII. De Homine D. Johannis W. gandi.

XIII. Disputationes Physicae de No. tritione.

XIV. Scriptum publicè Prepositum in Academia Witebergensi de Coenâ.

II
CARMINA.

- I. De Jesu Christo
- II. De Natali Christi Joh. Gerbohi.
- III. In Natalem Christi Matthia Pratorii.
- IV. De Passione Christi Greg. Momenii.
- V. De Lapsu et Reconciliatione generis humani Adami Lamperzi.
- VI. Precatio ad Christum, pro Remissione Peccatorum Adami Lamperzi.
- VII. Precativncula pro diebus summorum festorum M. Melchioris Seueri.
- VIII. De Miraculosa spiritus sancti effusione super Apostolos M. Michaelis Habicht.
- IX. De Uidua in Sarepta beneficio Heliae exhibito Feremio Coloni.
- X. De Principibus
- XI. Natales
- XII. Bernhardi Principis Anhalt. M. Ambingeri
- XIII. Pro recent nato Pr. Anst. M. Ambingeri.

XXV. De tribus Principibus Anhaltinis
uno anno natis. D. Gerulafii Marstalleri
et M. Stephani Schirmeisteri.

XXVI. Idyllion in Nat. recentis nati Principis
Anhaltini Bartholomaei Frenchii.

XXVII. Gratulatio in Natalem Rudol.
phi Principis Ascania M. Anshingii.

XXVIII. In Natalem Sabinae Nymphae
Anhaltinae M. Anshingii.

XXIX. Gratulationes duae Serenissis
PP. Dn. Friderico Comiti Palatino Ascani,
am ingresso, et D. Joanni Georgio, Principi
Anhaltino, cum eius Celsitud. natus esset
Filius Henrici ab Eichen.

XXX. Elegia Illustris Principi Dn.
Mauricio Landgraviis Hessiae ad Illustriß.
Principes Anhaltinos optato aduentuienti
Henrici ab Eichen.

Gratulationes aliae ad Princi-
pes.

XXXI. Ei Epithima ad Dn. Christianum
Principem Anhaltinum ex bello Gallico in
patriam rediuentem M. Alberti Uotti.

XXXII. Maurus M. Alberti Uotti.

XXXIII. Elegia ad Illustrißimum
Saxoniae Electorem scripta a D. Joh. Majore.

De obitu
Principum quorundam

XXXIV. De obitu Bernhardi Princi-
pis Anhaltini eulezae Seruicis Ciuitatis
M. Nicolai Botcheri.

XXXV. De uita et obitu Bernhardi
Principis Anhaltini, Gerulafii Marstalleri.

XXXVI. Epithima Dn. Joh. Ernesto
Principi Anhaltino Uionnae extincto scriptas
ab Alberto Uoito.

XXXVII. De Dn. Joh. Ernesto Principi
Anhaltini fortissime gesto M. Simonis Reinhardi.

XXXVIII. Beatis Manibus, Dn. Joh. Ernesto
Principi Anhaltini, Filius ab Aezema.

XXXIX. Epitaphium Dn. Joachimi
Principis Ascanensis M. Joh. W. Uogel.

XL. Nenia in Passionem, Pascha in Re-
surrectionem Christi Augustini Altmann.

XLI. Oratio habita Witebergae in die
Catharinae a D. Joh. Majore.

XLII. Parentatio Dni Augusto, Electori
Saxoniae tertium facta a D. Joh. Majore.

XLIII. Parentatio Dni Augusto, Electori
Saxoniae quartum facta a D. Joh. Majore.

XLIV. Carmina Gratulatoria Pauli Me-
lissi et aliorum ad Dauidem Paruum, qd.
ei de gradu Doctoratus gratulantur.

XLV. In honorem Henrici Fagow, cuius
gradus Doctoratus decernitur.

XLVI. Nouis honoribus Magisterii Dn. Isaaci
Gregorii Serulastani.

XLVII. In Magistratum Laddphi Szaderi
cum uoto in febr. noui anni auspiciis.

XLVIII. Theodorici in gratiam Gasparis
Cornelii Seruicij Diaconi. Am inde in pab.
etiam ad idem officium uocaretur.

XLIX. Honori et Memoria Abrahami à
Grunenberget

L. Querela de misero statu nostri seu
S. Adami Lamperti.

LI. Allegoria pictura Christophori Geor-
gii Tymii cum aliis ejusdem argumenti
carminebus.

LII. In insignia Megalanchi Lutherici
amplexum carmen in laudem Sanauece
Am-waldmæ Benedicij Figuli.

LIII. Problemata horis uersibus in dora
à Stephano Uenatorio.

LIV. Propemptica, quibus Georgium
Weidkopffium ex Academia Marchionum
prosecuti sunt amici.

LV. In excessum Samuelis Ibrusii
seruicij abeuntis.

Sequuntur jam
Epithalamia
In Nuptias.

LVI. D. Johannis Capi

LVII. M. Petri Suehndorck Casprij Au-
moris Coniugalit

LVIII. Johannis Hameri.

LIX. Gregorii Brotmanni.

LX. Petri Ameloneij

LXI. Joachimi Ernesti Principis An-
haltini, dua Elogia Bart. Frenzelii.

LXII. Joachimi Friderici Duas Hlesij

LXIII. M. Galli Dresleri.

LXIV. Friderici. Comitis Wirtenbergen-
sis et Mumpelgardis, de Ordine Uotorum.

LXV. Johannis Georgii de Straffen, cho-
ris Misarum.

LXVI. Ambrosii Kirchneri.

LXVII. Aegidii Tosschertz.

LXVIII. M. Casparis Gotschalei.

LXIX. Johannis Pöscheldi.

LXX. Martini Zelij.

LXXI. Theodorii Adamii, L.V.D.

LXXII. Baltasari Kistneri J.V.L.

LXXIII. Joachimi Gutscham.

LXXIV. Joannis Rockstedii.

LXXV. Augustini Reinarti.

LXXVI. Christophori ab Hoym.

LXXVII. D. Abrahami Katzii

LXXVIII. Petri Fabri.

LXXIX. Stephani Herzwiij.

LXXX. Casparis Hamelii.

LXXXI. Clementis Stresomer.

LXXXII. Petri Wesenbecij.

LXXXIII. Luca ab Endon

LXXXIV. Isaaci Sieglerei.

LXXXV. D. Stephani Marcelli.

LXXXVI. Conradi Schröteri.

LXXXVII. M. Isaaci Gregorii.

LXXXVIII. Pauli Schusteri.

Restant
Epitaphia

In obitu.


LXXXIX. Hieronymi Bongartne
et caemen Witegya publico recitatum.

XCI. D. Uliti Ortelii Wirsembii.

XCVI. M. Wolfgangi Schuleri.

XCVII. Erici Udoxmar.

XCVIII. Laurentii Cizleri.

XCVIIII. M. Zacharia Polj. 

MAVRICIVS

sive

Carmen Panegyricum

QVO CELEBRANTVR BENE-
 ficia Filij Dei, collata in Ecclesiam, & Politias,
 excitatis hoc nostro seculo cum alijs Germani san-
 guinis Heroibus, tum precipue Illustrissimo Duce
 MAVRICIO, principe AVRANTIO. &c:
 Pietate, Scientia rei militaris, Virtute, Auctoritate,
 Felicitateq; prae dito & instructo ad Tyranni-
 cos hostium Pietatis Iusticia & Pacis,
 furores reprimendos.

scriptum ab

ALBERTO VOITO.



FABIRANA

Anno

1595.

ILLVSTRISS, ET EXCELLENTISS.
PRINCIPI ET DOMINO. DN.

MAVRICIO

HEROI DIVINITVSEXCITATO
PRINCIPI AVRAICO, COMITI NASSOVIAE
ET CATTELEBOCORVM &c.

MARCHIONI VEERI ET VLTSSINGÆ &c.

DYNASTÆ VESONTIONIS: BARONI

DE BREDÆ: DOMINO IN NOZERET,

ARLOT & BRALEM &c.

IMPÉRATORI EXERCITVSPROVINCiarVM
FOEDERATARVM BELGICI, HARVM Q. THALASSIAR
CHÆ, AC GVBERNATORI SVPRMO.


Domino suo clementissimo & be-
nignissimo.

consecrauit

AL. VOITVS.

Carmen

PANEGRICVM.

 Vis modus, aut nodus crucibus, trucidibusq; bonorum
 Supplicijs? quæ poena reos, quæ fata furentes
 Excipient? quem das finem, Rex Magne, Tyrannis?
 Perpetuone (inquam) iugulis iuratus *J B E R V S*
 Seditioe, dolis, scelere, atq; libidine dirâ,
 Tormentis, laqueis, vinclis, tunicisq; molestis,
 Furtisq;, & flammis, & cædibus atq; rapinis,
BELGARVM egregias vrbes, plebemq;, patresq;,
 Illustresq; animas, neq; enim Pieratis egentes,
 Præsidio externo vacuos inuadet, & istic
Æthera confundet terris? Numne omnia susq;
 Deq; ferens, iuncto Furia atq; Iniuria sceptro
 Diuidet imperium populis? dum deniq; fures,
 Sacrilegoq; Papæ conductos ære latrones
 Teutonæ infundat campis: dum milite latum
 Limitem & his terris agat, ac det funera ferro,
 Ut reges, totosq; greges cum prole futurâ
 Mancupio rursus Latio transmittat *Asylæ*,
 Cui superum sedes, cui ianua paret olympi,
 Quem clausum reseret diæo, quem claudat apertum,
 Quin Stygios verbo restinguat, & excitet ignes:
 Tum sacra portentis temeret, templisq; reponat
 Monstra Deum: hinc nidos lenonum, hinc lustra luparum
 Constituat: floremq; vitium, summolq; veneni
 Tollat fraude Duces: committat sceptrâ lupercis
 Semiuiris: natosq; obscæno fornice ventres,
 Inde popas, & aqualiculos, hircosq; salaces,
 Autolycos, spurcosq; Epicuri de grege porcos
 Musis substituat castis, sacrilq; cathedris:
 Excindat veræ fidei documenta professos,
 Exculetq; fidem possessis mentibus almam:
 Iura fori, legelq; tori conculcet, & ipsos
 Natarum incestet thalamos, sobolemq; relinquat

A 2

Ambi

Ambiguam, dubiumq; genus, suppositaq; furtim
 Pignora in Imperij mittat praelustria scepra:
 Deniq; & occiduas Aquilam deportet in oras.
 De nostris etenim ceruicibus alea currit,
 Nostraq; res agitur, paries dum proximus ardet.
 Eheu! quæ miseris instant regionibus arma,
 Quæ diræ facies furiarum, & acerba bonorum
 Exfilia & cædes? Si fors, si palma Latroni
 Cesserit Hesperio, tunc (quod superi omen in istum
 Conuertant) actum fuerit de legibus; actum
 De sanctæ Fidei rebus; de prole futurâ;
 De Musis actum castis; tum numine læuo
 Inuadet fas atq; nefas; fatiq; fathiscent
 Iustitia, & Candor, Pudor, obseruantia Iouæ.
 At mihi vel tellus oprem prius ima dehiscat,
 Compositumq; sinu accipiat, condatq; sepulcro,
 Quam diras videam cædes, incendiaq; atra
 Misceri, ac rutilis stagnare paludibus vrbes:
 Alterum & alterius maectatum haurire cruorem;
 Corporaq; infantum genitricis ab vbere rapta
 Lacteolum immitti florem demittere ferro.
 Inde nurus, tremulosq; senes de pontibus altis
 Præcipites innare vndis, ad supra puellas
 Patrum ante ora rapi; caras prostare maritas,
 Quæq; referre pudet, quæ linguæ, auresq; nefanda
 Horrent, quæ reputans luctu mens concidit ægro:
 Qualia multa vident Belgæ spectacula, Belgæ,
 Galliaq;, & sacro marcentia Lilia flore:
 Proh Superumq; hominumq; fidem! vigilasne Dei gens
 Germane, heu vigila! euigila! præsensq; periculum
 Effuge, dum potis es; teq; istis eripe flammis;
 Hostis habet muros; ruet alto à culmine regnum:
 Regnum acquisitum quondam tam fortibus armis
 Maiorum, tanto seruatum sanguine, tanto
 Defensum; quod mille Ducum peperere triumphis:
 Quod tanto germana manus sibi condidit æuo,

Tan-

Tantumq; operum impensis formauit, & auxit;
Ut meritis caelo, famâ se æquauerit astris.
Ah miseram! potes hoc sub casu ducere somnum,
Nec quæ circumstant te deinde pericula sentis?
Excute iam tandem, ex oculis, animoq; veternum,
Ne victam doceat sero fortuna dolere.
An verò expectas, patrios dum milite campos
Compleat hostis atrox iterum; dominumq; patremq;
E manibus, nostrisq; oculis tristissima passum
Eripiat, captumq; alium deportet in orbem?
ô fatum! ô mores! ô coeci infamia secli!
Siccine noti hostes? Latro sic notus Iberus?
Qui si Germanis olim, si fortè pepercit,
Nec crudas nostro saturauit sanguine fauces,
Heroas metuens, quos Teutonis ora ferebat,
Saxonia inprimis: Si non indulfit habenas
Irarum sibi, nec laxauit frena furori:
Haud tanto, haud iterum cessabit cardine rerum:
Haud sic á nobis, nostrisq; recedet inultus,
Ecquid enim Domini facient, si talia Fures
Hesperia emissi tantis conatibus audent?
Aut, quid ab immani veniam speremus Ibero,
Cuius auita altæ fixa est sententia menti:
Hæretico seruare fidem scelus esse nefandum.
Ite viri, rapite arma, citiq; obuertite vires
Viribus, heu, tantis, patriæq; auertite pestem.
Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?
Quidue hortor? siquidem mentem obturamus & aures,
Spernentes monita ipsa, parum & monitoribus æqui,
Aspidis in morem, quæ cautam subtrahit aurem,
Si quando Magicos metuit deprensa susurros.
Verum ô, dum resides, segnes, virtutis inanes,
Martisq; expertes, excordes degimus annos,
Securi quid fama ferat, quid fata, quid astra,
Heu nunquam caelo spectata impune, minentur:
Interea diro non secius agmine nostris

A

Finis



Pontifex

Finibus assuescit, roburq; accersere pergit
Hostis atrox, olim quam putri serpere cancer
Carne solet, viresq; acquirit virus eundo:
Nec dormitat enim tanto quoq; turbine rerum
Ianitor ille poli, inferniq; Patulcius, atq;
Clusius: intentans non iam clauem amplius auream,
Sed clauam, gladiumq;, & adhuc ignota nouercis
Gramina: & vnanimis agit in fera praelia fratres,
Dum videt in peius fatis ruere omnia, & alto
Teutonium, rerum dominam, languere veterno.
Mox Capitolina molitus fulmen ab arce
Furcifer, imperiumq; Petri mentius, & enses,
Pacem audet mandare viris, pausamq; duelli,
Queis miseris iam nulla super fiducia pacis:
Queis periura manus, quos perfida dextera Iberi
Punicaq; illa fides, iam dudum prorsus inane
Effecit nomen Numen venerabile Pacis:
Quiq; simul nostris detrudent finibus hostem,
Tam immanem, tam sanguineum, tanto agmine missum,
Nec fortasse deest, si fas audita referre,
Qui malit tandem fraterculus esse poparum
Sacilegum (ô pudor! ô probrum!) qui lingere pergat
Sputa Papistarum: qui menstrua pellicis optet
Haurire Ausoniae potius, quam recta docentes
Audire, atq; locum sacra cedere vera professis,
Martyras appellans Satanae Belgasq;, aliosq;:
Quos nondum Synodi sententia iusta coacta
Conuictos falsi manifeste destinat Orco:
Qui pulcrum ante petant per tristia vulnera mortem,
Per flammam, positaq; rotas, per tela, per enses
Concedant, Latii quam credant monstra Baalis:
Quorum etiam mores, merita, & doctrina, laborq;
Profuit imperio, Regnis, Templi q;, Scholi q;:
Quosq; vnum constat Numen, Christumq; fateri,
Qui solus legi nostrâ vice debita soluat,
Et meritis cassos merito transcribat olympo,
Nam metiri animo, iusta q; expendere lance

Qui

Qui velit ista, Patrum aut fratrum, nemo, Hercule, nemo est:
 Nec quisquam afficitur damnis, vinclisq; Iosephi.
 Quin mystæ egregij, & quorum sua cura mederi est,
 Excruciant magis, ac velut vnguis in vlcere regnant,
 Ac veterum errores, sacraq; execranda per orbem,
 Dictis & factis firmant, scribuntq; cruore.
 Non requiescet enim, non gens, inquam, ista quiescet,
 Donec ad arma Duces & cogat, & arma iuventus
 Arma fremat, multoq; manus in sanguine condens
 Conuertat patriæ validas in viscera vires.
 Quid mirum est igitur diræ feritatis Iberos,
 Pontificesq; sacrum semen tollendo piorum,
 Igne, rotis, ferro, crucibus, laqueoq;, lacuq;,
 Noctes atq; dies decernere? vertere fundo
 Teutonium, patulasq; Aquilæ conuellere pennas?
 O si magnanimum Germania nostra referres
 MAURICIVM, heroem, qui Saxona regna tenebat;
 Quem Scythici tremuere greges, quem Caucasus ipse
 Horruit, atq; viro metuit concurrere turbas
 Marte suas, vetuitq; suas concurrere turmas.
 Haud ille, haud oculis spectacula cerneret æquis
 Talia: non fures, non vlcera gentis Iberæ,
 Moliri insidias tanto conamine tantas,
 Non tales aperire aditus ad Teutona regna:
 Arua aliena iugo premere: inde auertere prædas;
 Hinc iactare faces: dare vasta feracia rura,
 Exhaustire vrbes populis, sacra cultibus: artes
 Præsidijs spoliare suis, æraria nummis,
 Iure forum: haud tantis concurrere montibus orbem,
 Haud fineret tamen: haud sic coniueret ad vsus,
 Infandos sacrorum vsus, infandaq; passim
 Supplicia infantum, quos dudum exsultat Iberus
 Vsq; adeo, vt iuguli vix iam crucibusq; rotisq;
 Vix campi in tumulos restent, vix arbor in ignes.
 Exoriare aliquis Belgarum é sanguine Vindex!
 Qui face Marranum, ferroq; sequare Tyrannum,

Latro.

Latronumq; globos, furumq; deinde manípulos,
Ultra Sauromatas, yltra Garamantas, & yltra
Herculeas rursum longé lateq; columnas,
Extremasq; yltra proturbes Marte Moluccas.
Exoriare aliquis! mala neu frustra sua ploret,
Imploretq; fidem, passis ad sidera palmis,
Relligio, deserta viris, Pietasq; fathiscens:
Aut tu summe pater superum miserere; tuoq;
Hispanos detrude greges sub Tartara telo,
Quando aliter nequeunt alienis cedere regnis.

Quid veró vltorem tám tristi corde vovemus?
Quidue Duces priscos, quid tempora prisca vocamus?
Fallor? an & victis redit in præcordia virtus?
Sic est: en, rediit virtus: quod namq; precamur,
Quod votis vrgemus, adest: cæloq; petatum
Præsidium datur (ecce!) datur tibi, Belga, quod optas.
MAVRICIVS, nulli Heroum virtute secundus:
Flos veterum, sanguisq; Ducum, virtusq; parentum.
Munere quem læto superum Vranio VVILHELMO
Pulcra parens peperit torrentis ad ostia Rheni,
Omnia MAVRICIO similem, moresq;, animumq;,
Fulmineosq; oculos, & membra decentia Martem:
Sed geminum Patri pietate, & legibus æquis.
Hic vir, hic est, per quem Pietas, Themis, atq; Minerua,
Almaq; Libertas sacrum caput exferet orbe
Belga tuo, priscoq; artes in honore reponet,
Hic vir, hic est, iterum per quem pax aurea surget,
Pax oleâ præcincta comas, pax optima rerum.
Hic vir, hic est, de quo per rura, per æquora, & vrbes,
Fama volat, qui luce viris, qui nocte loquendi
Materiam præbens, stimulos sub pectore condit,
Condit, & angustâ mouet ardua pectora famâ,
Dextera AVVS, pietate PARENS; spe maior utroq;.
Nam veluti, cum stella nouum iubar æthere toto
Explicat, atq; omnem radijs peruulgat olympum:
Mirantur, linguisq; incunt noua murmura cuncti,

Et

Et nouus est cunctis sermo, nouus omnibus ardor:
 Sic quoq; , diue Heros! sic ô fortissime Rerum!
 Vraniâ generose domo! sonat & tonat omnis
 Nomine terra tuo, & famam tua gloria cœlo
 Terminat, immensumq; ardens accendit olympum.
 Est tibi casta Fides, tibi Pax, tibi sancta **J E H O V A**
 Relligio, populiq; salus, est Patria cordi:
 Est animus, est dextra tibi, tibi maxima rerum,
 Verborumq; fides: tibi virtus, viuuda virtus;
 Iustitiæ, rectiq; tenax, & nescia frangi
 Rebus in aduersis, ceu non effræna secundis.
 Hinc meritó te tantus amor, te tanta voluntas,
 Vota, precesq; hominum excipiunt, te in bella ruentem,
 Tanta fides sequitur: tanta est in rebus agendis,
 Tanta (crepent tumidis vel & ilia rupta Tyrannis)
 Dexteritas: toties vincis, totiesq; triumphas:
 Oppida tu cingis; tu complex milite campos:
 Tu superas altis positas in cautibus arces:
 Atq; vbicumq; pedem figis, victriçia tecum
 Fata trahis, superumq; omnes, hominumq; fauores.
 Tu primum miseris viduatas ciuibus vrbes
 Accipiens, vacuosq; suis cultoribus agros
 Augens exæquas numerum, replesq; priorem:
 Mœniaq; ingenti multúm quassata ruinâ,
 Prostratisq; solo laté mœrentia tectis
 Restituís, pulcroq; iubes splendescere vultu:
 Exsulibusq; domos reddis, limenq; paternum.
 Tu populis vallum excelsum, tu immobile Belgis
 Præsidium, quo non aliter quàm litore fluctus,
 Infidiæ, atq; Odium, frustrataq; frangitur ira,
 Tu simul á nobis, nostrisq; penatibus hostem,
 Ignemq; , gladiumq; , & quæq; extrema minatum
 Auertis, dum ne vltèrius tàm atrocia serpant,
 Bella vetas, nostroq; necas in limine Martem:
 Vnde tibi grates Respublica soluit, ouatusq;
 Et sceptrâ, & laurus optat, regumq; coronas

B

Credo

Credo equidem, neq; vana fides, tibi cuncta sereno
Arrisisse polo venienti in luminis oras
Sidera, quæ magnis radios Victoribus afflant:
Nec modò enim Chiron primâ cum veste resurgens
Pectora clara dedit bello: magnisq; triumphis
Conspicuum patrias victorem duxit ad arces.
Sed tibi se indulfit superum plaga tota, tuumq;
In decus astriferi iuravit machina mundi.
Ingenium, ingenijq; dedit Saturnus acumen,
Maturusq; animi partus, sensusq; seniles:
Iuppiter imperium, maiestatemq; verendam,
Sceptraq; & augustos summi Ductoris honores:
Vnde patet tibi fas, leges & Iura, Piumq;
Et rectum manare, & amicæ fœdera Pacis.
At motus agiles, sollertesq; indidit actus,
Hortatusq; acreis, validæq; tonitrua linguæ
Interpres Diuum: Famæ immortalis amorem,
Sacraq; pura Deum, moresq; indulfit Apollo,
De meliore auro cerebrum, cor, viscera fingens.
Sed mentem puram Dictynna infundit; opelq;
Atq; voluptates, procul ambitione remotâ,
Spernere te voluit turpes, æstusq; minasq;
Quas ciet inferior regio sub ventre, subegit.
Corporis & cordis robur, lucisq; necisq;
Contemptorem animum Mauors, tum lumina flammâ
Lucida, & ardentis vultus nutusq; tremendos
Contulit irradians: pectusq; adamante trilici
Cinxit, & ignito tinxit præcordia ferro.
Non oblita sui super omnia dulcis amorum
Mater: Acidalio sed lustrans omnia rore,
Ora per & corpus totum excubat vndiq; donis
Plena suis, simul et clementes explicat ignes
Et miseris tua corda reis: quem more leonis
Parcere subiectis iubet, atq; remittere noxas.
Tunc & Martis equos, tunc exultasse choræ
Astra ferunt, Lunæ bigas, Solisq; quadrigas:

Tuna

Tum purus sine nube dies, clarusq; coruscis
Effulsit Phoebus radijs: manifesta q; coelum
Argumenta dedit decoris, laudisq; futuræ.
Fauit & Omnipotens operi, sanctoq; senatus
Consulto superum: exoptataq; munera multis,
Vnius accipiunt cumulatis pectora donis:
Vt quocumq; tuæ flectis molimina mentis,
Ardua succedat læto Victoria plausu,
Gnara modum finesq; suos circumdare rebus:
Muneribus cumulare bonos, frenare furentes,
Docta patres, plebemq; tibi committere amicis
Officijs, pietate, fide, virtute, manuq;
Constanti, largaq; simul: quæ oblita suorum
Publica priuatis præponit commoda rebus.

Nam quæ digna tuis nostræ monumenta Camœnæ
Laudibus, aut quali condent præconia plectro?
Quamquam etenim Virtus tua maxima carmine nullo
Fit maior, versuq; negat ditescere nostro:
Nil opis humanæ cupiens, nil indiga laudum,
Diuitijs opulenta suis; vel deinde Maronis
Tantum aut Mæonidæ Musâ super æthera tolli
Poscit: Alexandrum ceu nemo præter Apellem
Pinxerit, aut præter Lysippum finxerit ære:
Magna tamen veluti parco sale numina, parco
Farre coli fas est, cui thurea munera desunt:
Sic ego Musæi pars forsitan ima Senatus,
Indocilis tamen immeritas confingere laudes,
Ingrediar, versu ingrediartua condere facta,
Bellaq; & immanes inuictò Marte labores,
Bella, quibus viuus, quibus aurea sidera diuus
Scandis, & ætherios famâ petis arduus axes.
Quæ licet angusto mecum sub pectore voluens
Extimeo, ne cœca meos audacia sensus
Fallat & infirmæ nequeant subsistere vires:
Supponam tamen hos humeros, molemq; subibo
Immensam: venietq; fauor delapsus olympo.

Aureus, vt quondam fului sub rore metalli
 Iuppiter in gremium Danaes defluxit amatae
 Nam mea Musa tuo DVX Magne, tenetur in ære
 Scripta, futura memor, dum spiritus hos reget artus:
 Scripta, parata necem vestra pro laude pacisci,
 Pro meritis, quibus hocce caput cumulaſtis abunde:
 Quando agerem veſtris exſul, ſine crimine, in oris,
 Hesperioq; eſſem iam factus præda latroni.
 Tum me PECELLI ſtimulant haud mollia iuſſa,
 Poſcentis grandi promiſſum hortamine carmen:
 Quem velut Auctorem, lucemq; agnoſco, Ducemq;:
 Sic longè ſequor, & veſtigia gratus adoro.
 Vſq; adeo meritæ ſocium ſubiungere laudis
 Maximus haud refugit minimum, comitemq; recuſat.
 Non aliter paruos cupiens committere cœlo
 Præpes adunca Iouis, timidofq; educere pullos,
 Se ſuper hos vibrat, libratq; per aëra pennis:
 Remigiumq; docet, gyroſq;, artemq; volandi.
 Non aliter grandes humilem vltimi attollere in auras
 Conſuerunt, ſecumq; ſinunt adoleſcere vitem:
 Ille ſecat medios, Argo velut, æquoris æſtus,
 Et maria alta petens pelago decurrit aperto:
 Ipſe ego ceu grandi quondam ſubuecta triremi
 Cymba ſequor, tutus nimium, timiduſq; procellæ.
 Ille velut cygnus ſublatus ad æthera fertur
 Remigio alarum, permulcetq; aëra cantu:
 Aſſurgunt ſylvæ, & tacito ſtant gutture circum
 Intentæ volucres, curſum vaga flumina ſiſtunt,
 Et pleno arridet cantanti lumine cœlum:
 Ipſe ſed inſtar Apis carptim thyma læta petentis
 Propter humum volitans vatum per florida tempe
 Voluor, & aſſidua meditando operoſa labore
 Carmina ſingo viris gratam teſtanta mentem.
 Debet enim Regi, debet ſacra turba piorum
 Cœlicolũ regi grates, pro grandibus auſis,
 Victoricq; manu, meritis, pietate, fideq;

Hero-

Heroum : quos ipse **DEVS**, Deus armat in hostes
Marte suos : hostesq; gregis , quem **Christus** adoptat
Morte suum , roseoq; redemptum sanguine lustrat :
Communiq; simul sorti , statuiq; , bonoq; ,
Gratari toto decet omnes pectore , propter
Factaq; , virtutesq; tuas : quibus ipse sub ipso
Flore virescentis te vernantisq; iuuentæ
Attollis , victorq; virum perrumpis ad ora.
Concernit siquidem nomen , famamq; Iehouæ
Nosse , quod **Omnipotens** tam iustis temperet orbem
Legibus : oppressos vi quod respectet egentes ,
Et premat elatos , non fallax ore , nec ausis :
Incutiat pœnas sceleratis , præmia rectis
Distribuat : labem exorsus , pietate colendus.
Præsentemq; ipsum per tot discrimina rerum
Scire operæ precium est summittere fulcra ruinis :
Instaurare pios cœtus : pulsissq; Tyrannis
Turpia monstra fugare ; latrones , furta , rapinas ,
Incestus , cædes , pestesq; inhibere nefandas ,
Cœlitus & festam terris demittere pacem :
Quam donat populis , puraq; salubria spargit
Semina doctrinæ , vt sanctum sibi colligat agmen.
Hæc laudare iuuet , iuuet hæc celebrare , Deoq;
Pro meritis dignas tantis persolvere grates :
Quod desperatæ rerum succurrere sorti ,
Mittereq; exanimis animos , vimq; addere victis
Suetus , & auxilium cœlis effundere apertis ,
Deroget humanæ sibi debita præmia dextræ.
Votaq; suscipere , & castas attollere fas est
Ad cœlum cum voce manus : Iouamq; precari ,
Vt porro turbam in numerum , sacra pura professam
Aggreget , ætherei diuino munere verbi.
Iura , Magistratumq; tegat , sanctumq; Senatum
Ornet , defendat : juratos reprimat hostes :
Quos stygis ira , odium recti , vis nescia Christi
Christicolas contra crudelibus excitat armis :

B 3

Det

Det libertatem fandi, verumq; docendi:
Detq; sonans late vt terris doctrina salutis
Vera Dei veri proponat dicta, nec vsquam
Mobilis, aeterno verax fundamine perstet:
Detq; ministerio U E R B I, statuiq; bonorum
Hospitium, tutosq; lares, detq; ocia pacis
Apta bonis studijs, & rebus idonea sacris:
Vt tandem saevi tandem fera crimina belli
Per maria ac terras sopita & pressa quiescant:
Neu Furiae ulterius tendant; Mauorsq; faceffat
Impius, euerso pietatem expellere mundo,
Moliri exitium, scelerataq; brachia coelo
Intentare ausus, superum contemtor & osor.
Vtq; adeo optatos intrans Ecclesia portus
Quassatamq; valens ventis subducere classem
Confidat, fidaq; semel statione quiescat.
Ceu sanctae promissa Deus dedit ipse cateruae,
Quod tessam senio velut agnam imponere tergo,
Et saluam praestare velit, licet ipsa tenacem
Fatales inter clades, regumq; ruinas
Disrumpant elementa fidem, disrupta fathiscant.
Inq; Dei laudem, superumq; redundat honorem
Agnouisse Duces, agnouisse aurea dona
Heroum, qui morte sua, qui vulnere multo
Fortunas, pacem, vitam simul atq; salutem
Restituunt, seseq; in aperta pericula mittunt
Pro Lege, atq; Grege, pro libertate bonorum:
Successusq; simul decet alta mente notatos
Vestigare, opera inq; tueri: exempla q; tanta
Ire per, atq; obitos inuicto Marte labores,
Marte virum, quibus omnipotens moderator olympi
Non secus atq; operis ad publica commoda mundi
Utitur eximijs, animos, dextramq; ministrans:
Quosq; Deos Deus ipse vocat, radijsq; coruscis
Diuinis proprio attollens dignatur honore,
Non etenim procerum fortissima pectora casu

Ob-

Obueniant; nec fit subitus Ductor, modó Agaso
Qui fuerat: neq; terrena de sorde resultant
Heróes, velut ille Tages, qui primus Hetruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros,
Nec, veluti clypeata seges de dente Draconis,
Exsiliunt, aut imbre cadunt, neq; nube creantur,
Quam pro Iunone Ixion delusus inibat,
Non fortunæ, inquam, hoc ponendum in fascibus, & non
Cœcus agit rerum molimina tanta tumultus:
Sed Deus existit, Deus auctor: is excitat acri
Præstantes virtute Duces, vim mentibus afflans
Diuinam, ætheriam: seseq; Heroibus vsq;
Miscet agens, propiusq; illis sua numina firmat,
Fatalesq; viros primúm generosa metallo
Nobiliore parat natura: & numen ad omnes
Fortunas dat habere animum: ad discrimina fortem,
Officio assiduum, quauis super arte peritum,
Constantem ad casus, infractum mole laborum:
Ut res sede suâ vulsas, res ordine motas,
Consultis reparent, componant foedere turbas:
Bella manu, pacemq; ferant, in vtrumq; parati
Semper & in cunctis ad publica commoda promti:
Ut sint præsidium vitæ, vt pietatis auitæ
Sint columen, lumenq; ingens, numenq; suorum:
Et meritò, siquidem cessit diuinitus illis
Ingenium, atq; hominum fato Prudentia maior,
Quæ terras, tractusq; maris, quæ celsa Deorum
Limina adit penetrans, & quæ corrupta negauit
Sensibus humanis natura, ea numinis haurit
Affatu: quæ cum superis conuiuia decit:
Vi cuius mens alta, vago mens omnia motu
Lustrans, maturo vel læta, vel aspera rerum
Consilio momenta regit: nec tristibus impar,
Nec pro successu turgens, spatium vsq; morandi,
Vincendiq; modum mutatis nouit habens.

Quia

Quin etiam numen stimulis haud mollibus vrget,
 Inspiratq; faces animis, atq; adjuuat vltro
 Ausa virum: vnde ardor venit, vnde est acrior illis
 Impetus; vnde animus sine fine inuadere secum
 Magnum agitat facinus, nec mens contenta quiete
 Augustos motus augusto in pectore semper
 Versat, & humanis maiora paratibus audet:
 Quorum euenta Deus mirâ virtute gubernat,
 Vt superent hominum communem cuncta tenorem.
 Ergo salutareis etiam rectore feruntur
 Successus tanto: siquidem is sua cepta secundat,
 Imponitq; manum summam, præsensq; beato
 Fine coronat opus: ne non fortuna salutis
 Parte omni aspiret, finemq; haud irrita tangant
 Orsa suum, cursuq; per inuia & auia tendant
 Alite; vti valido contorta sagitta lacerto
 Viribus ignitis stridetq;, volatq; per auras,
 Et jussam haud segnis sternit recto impete metam.
 Non cuiuis autem tanta exsuperare potestas
 Coelitus ausa datur: verum his, quos ille laboris
 Impiger ardor agit mortalia vincere secla.
 Nam, velut haud vnquam contingat arundine signum
 Præfixum, qui non oculos telumq; tetendit
 Ostentans artem pariterq;, arcumq; sonantem:
 Sic neq; successus vnquam aut felicia fata
 Ignavis veniunt, quos mollis inertia ventris,
 Aut Venus in vinis regnans in vincla petiuit:
 Qui morfu in culicis, qui parui in pulicis ietu
 Diuûm, hominumq; fidem inclamant; vel, vt ille Lycambe
 Perfugium in resti quærunt, si vbi ferreus imber
 Ingruat, aut velut Augustus sub clade suorum
 Parietibus capite incurfant: vel deniq; muscam
 Degeneres residetq; pigro cum Cæsare figunt,
 Cæsare, cuius erat successor Nerua perempti:
 Qualem & Margitem, qualem depinxit Homerus
 Therfiten: terræ mala pondera, & vlcera terræ.

Sed

Sed quoniam superi vendunt sua dona labore :
Iccirco Labor est , Labor impendendus , & omnes
Sunt intendendæ vires ; & strenua cepto
Tantum operi est adhibenda manus : rectoq; manendum
Proposito , ac superanda omnis fortuna patrandò est.
Tum dextræ audenti præsto est Deus : hisq; secundos
Largitur cursus , illos successibus auget :
Qui rectè instituunt suscepta negotia : rectè
Cepta urgent ; neq; iam in medijs conatibus ægri
Deficiunt ; neq; vel momenta leuissima rerum
Prætereunt neglecta gerendarum : neq; tanti
Blanda voluptatum faciunt commertia , quanti
Adua virtutum molimina , plena laborum ,
Plena periclorum , exposita inuidiæ , insidijsq; ,
Casibus exposita , immensiq; obnoxia curis ;
Ceu quondam Æacidas , genus alto à sanguine Diuim ,
Bella magis fera , quàm bellaria lauta iuuabant.

Non igitur frustra Heroës sacra pagina vatis ,
Iesidæ vatis , ꝑ *VVENES* vocat ; in quibus acreis
Sunt ad virtutem stimuli : quosq; imperus ardens
Noctes atq; dies rapit , & mentem applicat vsq;
Ad diuinum aliquid : laudesq; ambire Deorum
Cogit : vt alato properent ad sidera passu ,
Præcipitentq; moras omnes , ac fulminis instar
Ad res præclaras , diuinaq; facta ferantur.

Ne verò à teneris , hæc ne spectentur ab annis ,
Inuestiq; genâ , & digno vel Apolline mento :
Quali more solent humiles de fæce virorum
Cenleri ; si qui tendunt ad munia rerum :
An pilus , an dudum malas hirsutus obumbret ?
An iustum vigeat annoso in corpore robur ?
Nam seriem annorum , aut maturos pascere semper
Non decet ætatis numeros ; incanaq; menta
Exegisse vetat de se generosa virum vis :
Cùm plerumq; in ijs quos sic Deos æquus amauit
Præ reliquis , ardensq; vocat super æthera virtus ,

*Burba non fuit
viam*

C

Facta

Facta premant æuum : immaturaq; tempora vires
Heroæ, si quo dominantur pectore, vincant.
Atq; adeo, quicumq; petant maioribus astra
Auspitijs, populisq; parant miranda futuris,
Ante annos animosq; gerunt, curasq; viriles
Atq; statim á teneris exorsa immania tentant :
Ceu Leo, qui, simul ac fuluis horrescere sentit
Colla iubis, frendensq; novos respexit ad vngues :
Horrendos tollit fremitus, stabulisq; minari
Æstuat, & strati demergere terga iuenci.

Talis erat primis Heros Tirynthius annis,
Scilicet in cunis ipsis, cum prima nouercæ
Monstra manu, geminosq; premens elideret hydros.
Talis erat Theseus, cum dirum cæde Procasten,
Cum bello Thebas domuit, fuditq; bimembres.
Talis erat Priami regnorum euerfor Achilles,
Cum circum Iliacos raperet tractum Hæctora muros.
Talis erat Simson cum sterneret agmina malâ
Arcadiæ pecudis, profligans mille viros vir.
Talis Iëssides rabido cum dente leonem,
Attolentem iras, metuendumq; vnguibus vrsum,
Et contemptorem Diuûmq; hominumq; Goliam
Dejecit victor, yuluaq; extendit arena.
Talis ab Assyrijs fatalia sceptrâ repolcens
Cyrus erat, vexitq; suos ad sidera Persas.
Talis Alexander mundi acquisiuit habenas :
Omnibus & victor simul horis, omnibus oris,
Imperium terris, animos æquauit Olympo.
Deniq; (nam, quidnam vetera & peregrina loquamur?)
Talis erat, talem sese immittebat in hostes,
In medios hostes, medijs cum faucibus Orci
Pœoniam eriperet, victorq; tropæa referret,
Agmen agens equitum, magniq; ipse agminis instar
MAVRICIVS, Scythiæ terror, dum vita manebat.
Cuius uti nomen, sic nominis omen auiti
Implet, & gentem, mentemq; tueris eandem.

Maxime

Maxime Belgarum Duxor! quo sospite nunquam
Res ego Belgarum fractas: victasq; fatebor.

Quamquam etenim, veluti vires in corpore nostro
Distribuit Natura Parens, discrimine certo:
(Dum vigor ingenij, ac Ratio velut ardua præses
Arce sedet capitis: furor Iraq; cordis in aulâ
Sanguineâ sese iactat, sed prava Cupido,
Nil diæ, nil mentis habens, & roboris expers,
In iecur, atq; imos tractus compulsâ recelsit.)
Sic respondentes ætates viribus illis
Humanis triplices, sic & tria sæcula mundi
Distincta esse velit sententia docta sophorum:
Atq; adeo iam nunc dum tertia viuitur ætas,
Cuncta fluant, & cuncta ruant in peius, inersq;
Mundus in immundâ face, & fundo innatet imo:
Cuius in effoeto languescunt corpore vires:
Atq; illum rugis quasi tentat arare vetustas,
Viribus ingenij, & constanti robore cassa:
Vt meritò veteres passim sua sæcula laudent:
In quibus exseruit vires Dianœa, Logusq;
Virtusq; & totum spirantia pectora Martem:
Quorum hodie subiêre locum vâsana Libido,
Furta, doli, Bacchus, languor, tristisq; senectus:
Non tamen exhausta est prorsus natura, sed acri
Interdum ostendit nisu, quantum optima, quantum
Ferret adhuc, si fors sæcla, aurea sæcla redirent.

Immó, quandoquidem (quid enim manifesta nege-
Officium natura negat, natura nouerca, (mus?)
Non iam fida parens, ingratis indiga natis:
Ecce pater, pater ecce hominum, Deus, ecce, Deorum,
Testatus nostri nondum se ponere curam,
Semper in antiquam virtutem, animosq; parentum,
Suscitat ipse viros: quoties humana labascunt,
Aut quoties transferre parat moderamina sceptri
A gente ad gentem, commissâ piacula propter:
Aut quoties coetus sacri credula fati

C 2

Agmina

Agmina pressa , iubet fatis melioribus uti :
Aut quoties Musis longé lateq; fugatis
Hospitium, & gratam sortem instaurare laborat :
Aut quoties veros cultus , ritusq; nefandis
Sordibus , ac nugis templa , & sua sacra repurgat :
Proq; aris quoties , aut libertate , focisq; ,
Imperat arma viris , & rem decernere ferro.

Qui quanquam rari gemmarum more ferantur,
Est tamen iporum nostra hæc quoq; fertilis ætas :
Quorum ope, quorum opib⁹, quorum moderamine, quorum
Moribus antiquis res stat Germana, Fidesq;,
Et Themis, & Pietas, & Musæ, & doctus Apollo.
In quibus ætherio splendes velut agmine Phœbus
ô diuum, sanctumq; caput, mundiq; corona
Sacra tui ! Rex ô regum ! augustissime rerum !
ô patriæ pater ! ô bello inuictissime Cæsar !
Qui velut ARBOR eras sub qua Themis atq; Minerua,
Sub qua sancta Fides, sub qua Pax aurea, sub qua
Optatam captant mortalia sæcla quietem,
Qui, nisi te tanto præstares numine dignum :
Iam flammæ tulerint, iam Turcicus haulerit ensis
Teutonium ; ô Pacis RHODOLPHE decusq; , Deusq; !
Quem veluti sanctum solem, numenq; sequuntur
Illustri virtute Duces, Mauorte, Togaq; ,
Et Pietate, quibus Germania foeta superbit.
Siue Vrsos armis referant, seu robore Tauros ,
Siue Aquilas seu magnanimos virtute Leones :
Siue sacro virides præsent medicamine Rutas :
Seu pernicis Equi properent super æthera ritu ;
Siue polum studio, & cognatum vertice olympum
Sustineant, seleq; suis speculentur in astris,
Atlantes cœli, patriæq; ruentis Atlantes.
Queis lus, queis Pietas, queis sancta modestia vitæ,
Queis decus & Virtus, queis Christi Ecclesia cordi est.
Et dubitamus adhuc Heroum extollere laudes,
Quos vel Pace Deus, vel Martis numine claros.

Demittit

Demittit caelo miseris mortalibus æui?
Saluete, illustres animæ! saluete, Dijsq;
Diuisq;, Heroes! quæ vos hæc nostra tulerunt
Sæculaq; quæ tales tanti genuere parentes?
In freta dum fluuij current, dum sidera mundo
Fulgebunt, dum vera feret sua præmia virtus:
Semper honos, vestrumq; decus, laudesq; vige bunt.
Hos igitur caelo, frustra retinentibus astris,
Inuitoq; polo missos, quasi numina, magnis
Accumulat donis, maiestatemq; verendam,
Ingentemq; animum, & tanto moderamine dignas
Aggerat Omnipotens iras: vt Numine mentem
Afflati propiore Dei, per maxima vasti
Regna volent mundi, & superum mandata faceffant:
Vrbibus instituunt ciuilibus foedera vitæ:
Atq; pios coetus festâ cum pace gubernent,
Ac res in melius turbatas reddere curent.
Horum etiam ex numero, sperant, Dux maxime, sperant
Omnes nempe boni, quos corda poliuit Apollo,
Immó sciunt (tantum virtus tua pollet in armis)
Te fore, te deinceps fore, vt hæctenus vsq; fuisti,
Vraniâ de stirpe Deum indubitata propago!
Nam si puber adhuc tantum te attollis: & audes
Parmensi, & claro bellis obsistere Regi,
Quid facies, cum maior eris, cum proflua mento
Ostendet te barba virum, cum plenior ætas
Corporis, & celsi vires tibi pectoris addet?
Non maiora dedit virtutis signa futuræ
Scipio, cum vastum superans pro ciuibus æquor
Rettulit è Libyâ victricis munera dextræ:
Nec iuuenis quisquam Ausoniâ de gente Latinos
In tantum spe arrexit auos, nec Romula tantum
Marcello sese tellus iactauit alumno:
Quantum Relligio, quantum Respublica spondet,
Quantum promittit de Te sibi quisq; bonorum.
Fator? an URANIUS coelestem nomine signat,

C 3

Vt

Vt non tam terris natus, quam munere cœli
Donatus mundo sis, princeps optime, cuius
Ingenium cœleste suis velocius annis
Surgit, & ignauæ per tot molimina rerum
Fert malè damna moræ, & factis præuertitur æuam.
Magna fuit virtus, Pietasq; , Fidesq; Parentis,
Dux animose, tui, dum fata Deusq; sinebant:
Cuius & ingenium, atq; ardens pietatis imago,
Non tantum in nostri, non fulsit moribus æui:
Sed nec adumbratur veterum per carmina vatum,
Cum quo casta fides nata, & denata putatur:
Qui vim, qui furias, conaminaq; hostis aperti:
Et fraudem atq; dolos, moliminaq; hostis operti
Consilio, & dextrâ fregit, Martemq; ruentem,
Pectore sustinuit magno: seq; ipse suumq;
Opposuit furijs caput: Heu! quibus optimus Heros
Iactatus fatis? pro libertate, bonisq; ,
Pro Belgis mala quanta tulit? quot sæpè peregit
Peruigiles noctes? quot luces Marte cruentas
Afsiduo, dum bella gerit, dum prælia miscet,
Proq; viris, pro coniugibus, pro pace piorum?
Sicut auis, quæ pro pullis implumibus ipsa
Dimicat, & dulces natos, nidolq; tuetur.

Verùm, vbi perfidiâ atq; immani fraude SINO NIS,
Insignem pietate virum, volucris impete glandis
Hispanus latro, & furum manus impia Iberùm,
Demisere neci Delphorum in mœnibus ipsis:
Iamq; infelices, ouium velut agmina, Belgæ
Amisso pastore forent: ac puppis ad instar,
Amisso Rectore foret Respublica, & vrbes
Defensore suo spoliatae extrema timerent:
Heu! quem sufficiant tantarum ad numina rerum,
Ordo patrum, proceresq; , atq; ingens cura Senatus,
Confusi dubitant tam sæuo turbine Martis:
Nec quisquam è numero toto, totaq; virum vi
Suscepisse Ducis curam, summamq; duelli

Audeat,

Audeat, aut facile oblatas affectet habernas,
Non secus, ac magno in pelago cum saepe coorta
Tempestate, imo Nereus ciet æquora fundo:
Tum, si aliquis casus, forsque abstulit atra Magistrum,
Qui mare, qui ventos, qui nautica sidera nôrat,
Nemo gubernaculum poscit, clauumque regendum
Postulat: ast cuncti tantum mussantque, stupentque,
Exitiumque sibi, lethumque instare tremiscunt.

At non latroni fiducia cedit libero;
Quo magis ingentes animos, certaque capit spes:
Sic, sic Belgarum res, fortunaque jacere
Hoc capite amisso, hoc tanto rectore perempto:
Sic Libertatem, diuina, humanaque iura,
Sic cum plebe patres, matres, castumque pudorem
Esse suis nunc sub pedibus: sua sub iuga mitti
Pacem, agros, arces, villas, templa, oppida & æquor:
Sic, sic cuncta suis credit succedere votis,
Et fluere ad nutum: sic, sic nil de fore sperat,
Quin & quod reliquum est furialibus occupet armis,
Speque sibi victor totum iam diuidit orbem.
Præcipue quando vicinia tota quiescat,
Arma negans socijs; malefidaque foedera pactus
Ductor Alanconius maternas misceat artes,
Detque nihil tanto dignum promissor hiatu:
Germanusque tuus (princeps inuicte!) PHILIPPVS,
Maximus ingenio, spes, successorque parentis,
Exulet Hesperijs plagio subtractus in oris;
Subtractus, blandis dum iam dare tempora Musis
Inciperet, qua inter Grudios habitantur amœnæ
Moenia Louanij, studijs celeberrima Phœbi.

Talis erat, talis facies tristissima fortis
Belga tuæ: cum iam saperent tua funera tantum,
Vixque animo Hesperij caperent sua munera fures:
Munera, nempe dolos, periuria, stupra, furores,
Exilium, tormenta virum, vncos, verbera, furcas,
Vincla, venena, cruces, gladiolque, rogosque, rotasque,
Tum

Tum scelerum genus omne, necisq; exempla nefanda,
 Ne tamen, ô Belgæ, ne despondete malignâ
 Rerum sorte animum: solet hic mos esse lehouæ,
 Sub Stygios mersare lacus, mox reddere olympos:
 Et prope adest, ubi abest; ceu terris proximus imis
 Phœbus agit, quoties longissimè abesse putatur.
 Et vos Marranæ Furia, Furumq; manipuli!
 Si iura humana, aut quoq; poenæ Acheronte sub imo
 Fabula sunt vobis, nec mens quæ talia curet:
 At sperate Deum ultorem scelerum atq; furorum:
 Cui vindex oculus, cui vindex dextera, lentæ
 Instar habens conchæ, quæ tanto est segnior ipso
 Abscessu, quantò est accessu segnior ipso.
 Creditis occubuisse Ducem, quo iustior alter,
 Nec Pietate fuit, Nec sumtis fortior Armis:
 Cunctaq; morte viri vobis patrata, parata,
 Transacta, & vestro iam Marte subacta putatis?
 Ne modò, ne tam certam animis præsumite palmam,
 Victriciq; tubâ ne, ne strepите ante duellum.
 Restat enim, restat, superatq; & vescitur aurâ
 AVR ALCVS sanguis, sanguis nouus, integer aui:
 Qui simul atq; Ducis generoso in corde calefcens
 Poscet equos, campoq; ingens aget agmen aperto,
 Heu quantam stragem, quantas dabit ille ruinas!
 Heu quantos spectabis, lber, tum cædis acervos!
 Et, quæ te maneat fors nescis, perfide, nescis.
 Viuit adhuc, viuit, viuatq; perennis in æuum
 MAVRICIVS, generis columenq;, hæresq; paternæ
 Virtutis, dignus patre natus: & alter ab illo,
 Siue fide, seu quis dextrâ experiatur, & armis,
 Quo Belga occasum Patris, tristemq; ruinam
 Solatur, fatis contraria fata rependens.
 Quippe, velut numquam occumbunt duo pignora Leda
 Castore cum gemino Pollux: cadit ille, resurgit
 Alter, & alternis redimunt se mortibus ambo:
 Sic genus Vranium nondum patris nece, nondum

Occubuit; sed durat adhuc rediuiua propago,
Durat enim, crescitq; , & morte resurgit ab ipsa.
Quin immo velut ille suis pulcerrimus olim
Pulueribus Phoenix vitaleis exit in auras,
Atq; novos ortus obitu meditatur in ipso:
Sic tuus ille parens, in te, *AVRASINE*, renasci,
Atq; sui desiderium superare videtur:
Te statione loci suffecto, teq; relicto
Auspice, patronoq; bonis, Ductore, Magistro
Supremo, & duro Martis nodoq; moraq;
Non tantum vt non Belga ruat, velut hostis auebat;
Sed magis auspitijs lætis se attollat, vt altè
Exeat: vt virtute caput maiore sub auras
Erigat: vt longè meliori sorte feratur.

- 1) Vsq; adeo aspiciunt oculis mortalia iustis
- 2) Coelicolæ; vsq; adeo in melius conuertere nouit
- 3) Ioua malum: vsq; adeo, cum spes non nulla refulget,
- 4) Flebile principium melior fortuna coronat.
- 5) Nec Pietas vnumquam opprimitur; verum altius exstat
- 6) Cum premitur furijs, & se disseminat vltro
- 7) Exitijs animosa suis, ac surgit in auras:
- 8) Surgit enim, immanes & prouocat vsq; Tyrannos.

In te igitur medio rerum discrimine Belgæ,
Augurijs superum, & monitis cœlestibus acti,
In te animos, in te figunt sua lumina: & vno
Omnis in *URANO* patribus stat cura, salusq;
Roburq;, & Virtus, & maxima gloria Martis.
Qui quamquam recto vix iam vestigia talo
Firmares, tenero vix egredereris ab auro:
Vt posset dubitare aliquis, possetq; timere
Indolis ignarus, vel tantum conscius aui,
Ne tanto non par oneri succumberet ætas:
Eligeris belli summus tamen Induperator,
In lucem, procerum consensu, ad publica rerum
Munia productus: dextraq; tuæ, fideiq;
Aleæ opus plenum committitur: vnde nec acris

D

Lon.



Longæuosq; pudet peditumq; equitumq; Magistros
Cedere, Mauortisq; tibi concedere summam.
Nec gradus aut leges belli senioribus obstant
Ne iuuenj parere velint, quem cœlitus orbi
Donatum statuunt, quem maiestate verendum
Os humerosq; Deo similem sine lite fatentur,
Ac delata nimis sero tibi scepra queruntur.

Sed neq; tu refugis, renuisq; : adeo sibi virtus
Conscia, diuinusq; tavor, demullaq; cœlo
Mens, causæ bonitas, animusq; in pectore præsens,
Almaq; libertas, patriæq; ruentis imago
Vincit opus durum, vincit; Pietasq; laborem
Frangit: & immensum reddit leue Gloria pondus.

Scepra virum ostentant, virtusq; Regendo patescit:
Id quod iam certò de te quoq; certius exit.
Tempore enim ex illo qualem quantumq; ichouæ
Præsidio temer bipatenti ostenderis orbi:
Nouit Iber, nouit Gallus: sed nec modò nouit,
Sensit Iber, sensit: nouerunt Teuto, Britanni,
Romaq;, Regnatorq; Asiæ; tuâq; ardua gesta,
Bellaq; iam famâ totum vulgata per orbem,
Audiit, & si quem procul hinc plaga præpetis Austrâ
Pressa videt: vel quem vertex sublimior ambit,
Et quem clarus equis Oriens afflauit anhelis:
Quemq; fatigato Solcernuus obruit axe,
Ut meritò cuncti, qui non sine pectore brutum
Corpus erant, aut corda gerunt suffusa veneno,
Sed falsum, curuumq; valent dignoscere recto:
Cuncta tibi tribuant, quæ fas tribuisse secundis
Heroum auspicijs, rutilos quos gloria curtu
Humano ostentat generi super astra vehendos.
Magna igitur magnis affers exordia curis,
Et dignum tanto præstat te cardine; Teq;
Vndiq; virtutum decerptis floribus ornas,
Cumq; Duci Pietas vel sit tutissima Virtus:
Quæ populos, vrbes, arces, quæ bella gubernat

Te

Te quoq; magna tenet magni reuerentia Iouæ,
Et totus Christi flagras succensus amore:
Quem noctu, quem luce vocas, vt luminis almi
Illustret mentem radijs: vt numine præsto
Sit tibi, & ipse tuas armet per bella phalanges:
Armet & ipse tuam virtute in prælia dextram:
Ac sæuos hostes, ac sæua pericula pellat.
Vt tibi contingat socios educere saluos;
Incolumesq; viros, sociosq; reducere saluos,
Solaq; Victoris quærat Gloria Christi.

Tu solam verumq; Deum reuerenter adoras:
Et merito Christi meritum veneraris honore:
Halitus vnde sacer gaudet sub pectore, gaudet
Ponere templa tuo, & sanctam sibi condere sedem:
Dispellitq; animo nebulas, tuaq; orsa serenat:
Huic ters ritè preces, huic grates, vota q; soluis:
Huic procumbis humi, satis vnus, sufficit vnus,
Nil tibi cum falsis, fictis, pictisq; sacrorum
Portentis, pompis, probris, monstrisq; BAalis,
Triticeoq; Deo. Odisti cane peius & angue
Somnia Pontificum, nugas, decreta, vlulatus,
Bullas, arpullas, faculas: Nimmurmura anhela,
Nil ceras fumos, fucos, nil fulmina curas
Bruta, quibus pauidos Latius lupus impetit agnos,
Nil hominum commenta facis, non sana reperta,
Non stultos ritus, suffitus, signa, susurros,
Affanias, apinas, gerras, non thura, nec aras,
Non cantus Magicos, contortuplicataq; verba,
Non exorcismos, non spura, crucelq; moraris,
Vnguinaq; , aut statuas fatuas, simulacra q; rerum:
Qualia multa Duces hodie in sacra prælia ducunt.
Scilicet hisce fugant hostes, his nempe triumphant:
Quæ magis atq; magis Moscos, Geticumq; Tyrannum
Europæ attraxere: caputq; segesq; malorum
Sunt, quibus heu misere nunc Teutonibus ora laborat,
Vindice pressa Deo, sacra qui temerata, suumq; &

Non patitur proprio spoliari nomen honore.

Non etiam humanis opibus, non Marte vel arte

Confidis nimium; Christo constanter adhæres:

Solum miraris Christum, Christumq; moraris.

Vox quoq; non diris tua diras prouocat iras

Coelicolum; non in superos, nomenq; Tonantis

Sæua profanatâ fundis conuicia linguâ:

Quod crimen solemne viris, qui castra sequuntur.

Tu promissa semel, tu pacta & foedera seruas:

At contrâ grauibus plectis periuria pœnis:

Queis alij, vt pueri astragalis, nucibuq; videntur

Ludere, quæq; bonus Tarpeia Iuppiter arce

Ridet, & Æolios iubet irrita spargere fratres.

Et quamam pleriq; hodie ratione, fideq;

Pacta, fidem, socios, rectum, verumq; tuentur.

Quoue modò rebus fidei subscribitur? eia!

Iuretur verbis, mens injurata geratur:

Scribatur calamis, mens non subscripta manebit.

Verùm vbi sancta Fides? vbi, vbi data dextera dextræ?

Aut vbi vox, vbi trita manet, iactataq; vulgò:

Verba ligant homines: cras forsan cetera dicam.

Siccine supremam Pietati dicitis autem?

Siccine virtuti laqueum mandatis auitæ?

Tu Verbum cœleste colis, Vatesq;, piosq;

Muneribus cumulas, dignatus honore, ministros.

Quos alij exilijs multant, pullantq;, probrisq;

Innocuos onerant, adiguntq; ad Tartara diris:

Tu requiem pulsas præbes, tutosq; penates:

Exsulibusq; domos reddis, limenq; paternum.

Testis erit Groninga tibi, vel sola Groninga:

Hic vbi iactatus fatis, odijq; suorum

VVermerus, veneranda sonans oracula Iouæ,

Instaurat puppemq; piam, pubemq; piorum.

Sunt alij testes, quibus est tua semper aperta

Dextera, & auxilium vitæq; viæq; paratum,

Vtq; hostes armis, meritis sic vincis amicos.

Iulii-

Iustitia ante alias in te, ceu sideris puro,
Fulget, & æquali populos circumnitet astro.
Actorisq; tuas quoties vox fertur ad aures,
Vna quidem grauibus patula est, de more, querelis,
Altera salua reo: nec munera, amorq;, odiumq;
Te retrahant, vertantq; animum de tramite recti.

Tu proceres patriæ, tu fida **STATVMINA** Agger,
Belgarum, meritis, monitis, æuoq; parentum
Esse loco pateris tibi, & incluta dona virorum
Agnoscis: quantumq; alios virtutibus anteis,
Quantum animo, dextraq;, & toto vertice supra es:
Tantum etiam superas animo obseruante bonisq;
Consilijs parente virum, quas linguaq;, corq;
Nestorem: serisq; venit quibus vsus ab annis.
In quibus inuenias Romanae sidera gentis,
Scipiadas, Curios, Paulos, acrasq; Camillos,
Fabricios, Fabios, Decios, Drusosq;, Metellosq;,
Et Cincinnatos, cum Marcellisq;, Titilq;,
Lucullos, Marios, Scauros, ipsosq; Catones,
Attilios, Gracchos, Nasicas, Publicolasq;,
Quorum olim dextrâ, quorum pietate, fideq;
ROMA caput mundi, & rerum pulcerrima facta est.
Vel si Græcorum studeas contendere laudi;
Repperias, qui sint Thrasylulus pectore magno,
Miltiades armis, Codrus pietate, Pericles
Eloquio, probitate Solon, grauitate Lycurgus,
Conilijs Epaminondas, & quis fuit ille,
Cui ceruorum agmen ducente in bella leone
Arrisit, mage quam ceruo duce turba leonum?
Vel, quem Miltiadis tacitâ sub nocte tropæa
Non sinerent placidæ corpus mandare quieti?
Qui nullo peperere sibi interitura sub æuo
Nomina, victuramq; tenent in sæcula famam.

Ante alios flagrante colis pietate **VVILELMVM**,
Hostibus haud tergo, sed dextrâ, & pectore notum
NASSOVIVM, fidum qui se tibi præstat Achatem:

D 3 Inq;

Inq; omnes casus, in praelia Martis euntes
It comes, & paribus curis vestigia figens
Te volitat circum, clarum ceu solis ad orbem
Lucifer ante diem, creperamq; ante Hesperus umbram,
Ipse olim primas belli tibi tradidit artes,
Et fuit ut magno Chiron praeceptor Achilli.
Is glaciem secuit primam, nec promptior alter,
Seu paret aduersis hosti concurrere signis:
Seu spatium castris optet: subitumq; profunda
Fruat ex fossa vallum: socijsq; receptu
Prospiciat tuto: aut turmas componat equestre:
Siue hosti aduerso tormentum figat ahenum:
Seu grauium iam iam sonitu insurgente tubarum
Ante volare viros, primusq; ex agmine ferri,
Seu vigili custode suas munire phalanges
Ausit, & hostiles speculatum exire latebras.
Ipse hodie immanes reuocat, reperitq; labores
Militiae, veterumq; docet stratagemata, & acras
Ingenij cursus: quorum ista recentior aetas
Pæne oblita, suis armis, ante omnia diro
Sulfure, & horrifono se iacet puluere nitri:
Puluere, cui virtus, heu, sapius incluta virtus
Cedit, & inuito discedens pectore ab armis
Terga dat, inq; fuga queritur sibi stare salutem.
Nam neq; tormentis veteres, neq; sulfure, & igne,
Aut tantum gladijs bellum, jaculisq; gerebant:
Sed grauib; pariter astris, multoq; ligone
Terram insecrati, velut ab radicibus imis
Sublimè expullas vrbes, arcelsq; ruebant.
Sic Heduos inter quondam celebrata colonos
Romulidum sensit, puto, sensit Alexia rastros:
Cæsareaq; auxit deuicta labore coronas.
Non aliter Persam Bœotum in pinguib; aruis
Vicit ad Aonias desudans Sparta Plateas:
Non aliter Solymas, & lamentabile regnum
Eruit ipse Titus, meruitq; ligone triumphos.

Ceu

Ceu nec Alexandrum Tyriam cum sterneret urbem
 Poenituit duros multum iactare bidentes,
 Rastra licet tanto Regi, agrestumque labores
 Obsessi obijcerent Tyrii, ac de moenibus altis
 Exciperent risu fodientem: & vocibus aspris
 Rustica despicerent Graeci armamenta Monarchae:
 Ast magno stabant victis ludibria, magno,
 Horum ergo ille tuus cognatus gesta secutus,
 Marte suo veterum renouat monumenta laborum:
 Cuius ego meritas si vellem euoluere laudes,
 Quantus in immensum rerum mihi surgeret ordo?
 Tu porro o nostri, Dux inclute, gloria saeculi
 Non caedem iniustam exerces, fundisue cruorem
 Infortum: aut iris laxas permittis habenas:
 Et Pallas tibi fraena dedit, dedit aurea fraena:
 Quolibus Haeciden Dea nobilitauit Achillem:
 Non vim, non vicium castis inferre puellis
 Mens tibi nec precio aut prece sollicitare maritas
 Consuetus, sancti violas praeccepta pudoris.
 Nam quae maiestas Ducibus, quae numina praesto
 Esse queant castris: quae disciplina vigere?
 Ipse salax ubi Dux, sceptri grauitate relicta,
 Passeris in morem, nunc has, nunc insilit illas,
 Semper & ad nutum viuuit meretricis amatae?
 Non vino indulges, non perdis tempora poclis,
 Aut lusu leuibusque jocis, choreisque petulcis:
 Sed placet ante alias veneranda Modestia morum:
 Virtutumque parens reliquarum, atque vnica nutrix,
 Sobria mens epulas struit, & tibi pocula miscet.
 Praesideat castris aliorum Erycina, furensque
 Bacchus, & immodicus nullo sub vindice luxus:
 Aleaque, atque omni priuata incuria sensu
 Eripiat cunctas animo, sine vulnere, vires:
 Dum modo te Pallas, dum Mars tua castra gubernes
 Armiger, aetherijs fretus, latusque cateruis,
Militibus sine fraude tuis stipendia soluis,

Nee

Nec prædæ finis esse locum, sæuisq; rapinis,
 Utq; honor exstimulet studium, laudatq; virtus
 Crescat, & im mensum superaddat gloria calcar;
 Debita præclaris dispensas præmia factis,
 Accendisq; animos generosæ mortis amore,
 Non alios, turpelq; etiam conuertis in usus
 Aera, tibi reditusq; datos, summamq; peculi
 Exactam, magnoq; uirum sudore paratam
 Non patriæ in cladem impendis, fraudemq; piorum,
 Lenonumue greges, foedarum aut antra luparum;
 Sed, studio sumtus tractans curaq; fideli,
 Spernis opes: fuluumq; tibi non imperat aurum.
 Quæ virtus si nota hodie Ductoribus esset:
 Non urbes, non sic misere atq; æraria censu
 Exhausta omnigeno, venis, neruisq; carerent,
 Non sic, non annis, & pannis oblitus, æger,
 Vermibus erofus, non cladus, mancus, & omni
 Exutus spolio, miles Germane, redires.
 Cui sæpè, heu! laqueum, pretium virtutis, auari
 Ductores, funusq; adeo pro fœnore reddunt.
 Non aliud sentis, aliud tua lingua profatur,
 Sed puræ candor mentis, probitasq; fidesq;
 Inculpata fides, animusq; in fronte coruscat
 Teutonico ritu! quo menti consona lingua est.
 Este procul, procul este doli, fraudq; omnis, & artes,
 Hetruscæ, dico, maculosi Velleris artes:
 Et vestros formate Duces, formate, docete
 Fallere, mentiri uestros sine fronte Tyrannos,
 Ac nulli seruare fidem: procul ite nefandæ
 Humani generis pestes, scelerumq; magistræ.
 Non locus hoc uobis, non est in pectore, sub quo
 Nuda fides tantum, & recti mens conscia regnat:
 Quæ procul inuidiâ, procul ambitione, malisq;
 Artibus acceptas cœlesti munere dotes,
 Ad Christi, patriæq; refert laudemq; decusq;
 Quam nec amor lœptri, nec amor furiosus habendi

Fleat

Flectat ab incepto, securam odij, atq; latentis
Liuoris, quoties sceleratos tendis in hostes,
Maxime Ductorum, quo sol oriensq; cadensq;
Fortius haud quidquam mortali in sorte tuetur.

Vnde etiam in populum manant exempla regentis,
Vtq; tuos lituos, vt nutum signa sequuntur,
Sic mores tua castra tuos: Tibi nam, tibi miles
Arduus, arma fremens semper: tibi Martis alumni,
Non de fece hominum lecti, sed fortibus omnes
Præstantes meritis veterani: & pectora vitæ
Prodiga pro socijs, pro libertate, fideq;,
Pro natis, pro coniugibus, charisq; propinquis,
Multaq; pro Patriâ pugnando vulnera passi:
Quos plagæ, quos in facie numerosa cicatrix
Ipso pulcra loco decorat: quæ corpora ferro
Strata crepant, semperq; ferus lateri imminet ensis,
Qui flammæ oculis spirant, bellumq; metumq;:
Quosq; iuuat semper puluis, sudorq;, cruorq;,
Et fragor, & clamor, prædæq; ex hoste receptæ.
Non tamen ex rapto viuunt, non agmina secum,
Fæmineasq; trahunt pecudes, impura ferarum
Semina, non merces Paphias, non Cypridos horti
Delitias, ficis plenas, gallisq; mariscis:
Qualia militiæ florem, totumq; vigorem
Corporis atq; animi, Martis sine vulnere soluunt.
Sed numero ex illo sunt quos Baptista docebat,
Contentos mercede datâ se ferre, nec ulli
Vim contra leges, aut arma inimica minari:
(Quando alij laxis legum grassantur habenis,
Viq; ferunt, quodcumq; ferunt, feriuntq;, nec vllâ
Iudicis admoti formidine cuncta profanant,
Inq; ipsis agitant vel Bacchanalia castris.)
Vtq; inter sese concordia pace feruntur,
Aut maria alta petunt, pugnae aut simulacra sub armis,
Multaq; belligeris edunt spectacula ludis:
Sic simul atq; Ducem fuerint in bella secuti,

E

Ad

Adversosq; vident Hispanos tendere campo,
Aut portis vrbes Ductori obistere clausis:
Olli indignantes, donec fera buccina pugnae
Ediderit signum, iam dudum erumpere tentant,
Iam cuneos turbare virum, iam scandere muros:
Atq; moram ignescunt animis pugnacibus irae.
Acer ut in sylvis, cursu praestante Molossus,
Quem saepe arcta premit captiuo copula collo,
Apparente fera, luctando vincula pugnat
Exuere ipse sibi, multumq; morantia tendit:
Aut veluti bellator equus, simul aere canoro
Bella viri accendere, proculue sonum arma dedere,
Stare loco nescit, terretq; hinnitibus auras,
Insultatq; solo, pressisq; repugnat habenis,
Conceptumq; fremens voluit sub naribus ignem,
Ut vero belli signum Ducis ardua dextra.
Voxq; redit, raucoq; tonant circum undiq; cantu
Aera, furorq; furentibus additus: Inde lupi ceu
Raptores hostem iuuadunt per tela, per enses,
Viribus instantes totis, lethumq; ferentes.
Sin Martem saeuire vetas, mora nulla: vocatus
Quisq; redit, vociq; sui Ducis, atq; tremendis
Obsequitur iussis. Tanta obseruantia recti est,
Docta Magistratum, legesq; edocta vereri:
Quorum vbi gesta voles memori percurrere mente:
Hic erit Aufonius Cocles tibi, fortiter ausus
Excipere Hetruscum telorum corpore sylvam,
Et Tyberim fracto transmittersse ponte natatu:
Occurret forsan simul alter Horatius, inter
Albanos edens stragem, dum funera mittit
Tergeminis, erit hic armatae Scruuola dextrae,
Errorem igne luens, dum Porfenna obsidet Urbem:
Curtius occurret tibi, qui iam, iamq; ruentem
Seruauit patriam, funusq; in funere vicit:
Quq; alij rerum Dominam fecere potentem,
Fortia patrando, patiendoq; fortia, Romam.

Hos

Hos inter, velut in medijs nitidissimus olim
Orion humeris, zona, pede fulget in astris:
Sic ingens animis ipse, ingens corpore & armis
Verteris, & splendore oculos, animosq; laceffens
Spectantum cupidis obtutibus ora moraris.

Quid memorandum æquè, latro *MARRANE* dedisti?
Eloquar, an fileam? non, si ipse silentia mandet
Harpocrates, digitoq; velit compescere linguam.
Dicam igitur, dicam: quamuis millesima nondum
Pars à me dici, nedum centesima possit.
Dicam ergo, tormenta licet, gladiumq; mineris,
Qualia te nostin' mihi fata intendere capto
Impie! sed dudum quem pensilem ab arbore factum
Et reor, & si quid verimens conijcit, opto:
Atq; vtinam tales, vtinam modò quælibet arbor
Proferret fructus, tam pendula funera *IBERUM*,
Quàm *Quæditorum*, quorum præfultor *HUBERUS*,
Licetorum assuetus (scis incluta *BERNA*) catastis,
Sic, ô, sic tandem discat speculator haberi,
Qui fidei spectator erat, furiasq; Seriphi
Secum altè, neq; enim inuideo, vel ad æthera tollat!
Quos ego ne prorsus defraudem carmine *Vatum*,
Certatim egregius *Vates*, magno agmine *miluus*,
Et *Phœbo* sacer ales, ouanti gutture *coruus*,
Immineat super, atq; albis capita vsq; corollis
Implicet, ac sic facta canat, sic fata virorum:
Tum requiem sperare aliquam, finemq; velimus,
Tum sperare modum, quibus omnia plena, furorum.
Quisquis es, ignoscas. Iustus me, iustus in hostes
Fert dolor, exitium vitæ, famæq; parantes:
Huberus famam, vitam tentauit *Iberus*;
Atq; adeo grauius me læsit *Huberus Ibero*,
Quos contra, quantum ingenio, dextraq; potestur,
Fas, & iura sinunt, vitam famamq; tueri.
Dicam, quæ his oculis longè immanissima vidi,
Et quorum pars ipse fui: versuq; recludens

Rem nulli obscuram, producam in lumina solis
Te, laudesq; tuas, vulgataq; gesta per orbem
Tu numen coeleste probris, ignominiaq;
Afficis, & Christi meritum frustraris honore:
Quando novos venia, multosq; aliosq; sequestros,
Totq; Deos, simul atq; Deas, vanosq; Deastros,
Contra omnem fidei normam, formamq; salutis
Fingis, & innumeros statuis sine fine patronos.
Tu veros cultus, rectumq; piump; sacrorum
Vsum de medio tollis, pellisq;, fugasq;,
Proq; Dei verbo, gemino pro pignore verbi,
Supponis Latij duo fulcra ruentis Asylæ,
Innuba virgineæ (si Dijs placet) orgia vitæ,
Et Cereale sacrum, simulacraq; spumea Diuûm:
Vimq; facis Christi iussis, signisq; sacrorum
Sacrilegus, partem vulgo dum detrahis vnam:
Dum crusto affingis confertum numen inesse,
Quod cœlo nullum esse putas, crustoq; fruentes,
Vel solo, cassosq; fide, motuq; carentes,
Affectuq; bono, perhibes tamen astra mereri:
Hærentesq; animas medio iam in gurgite lethi
Defraudas merito, ac rediuiui munere Christi,
Ambiguaq; jubes esse inter spemq; metumq;.
Tu lustrali vndâ gladios, vexilla, sarissas,
Pendulaq; æra, simul tormenta, tubosq;, tubasq;,
Ipsaq; saxa, hoc est, laterem tingisq; lauasq;,
Non intellectis fundens oracula verbis.
Thessalicas taceam vires, ritusq;, vel artes
Atraceas, herbasq;, inuentaq; noxia Circes?
Nam quoties videre lupum te vlulare per umbras
Indigenæ, quoties laniare armenta per agros,
Et tonitru ac ventos, tempestatelq; ciere?
Tu leges figis, pretioq; refigis easdem:
Tu, tu visceribus miserorum, atroq; cruore
Vesceris, ac multo sanctorum sanguine turges:
Cuius uti effundis riuos impune calentes:

Sic

Sic quoq; dum sæuam exerces per fuera stragem,
Nulla est ætatis, nulla est reuerentia sexus:
Foemina, virgo, viri, pueri, iuuenesq;, senesq;,
Parviq; infantes, nati, matresq; patresq;,
Prægnantesq; nurus, vulgus, miserabile vulgus,
Nobilitas cum plebe, Magistratu, atq; senatu,
Morte cadunt foedâ: cuius tibi mille figuræ,
Quales ne Siculi quondam inuenere Tyranni:
Quasq; adhibes, quoties cessatum ducere curam,
Corpusue exercere paras: aut mentis acumen,
Ingeniumq; vetas scabrâ rubigine lædi.
Sunt monstrata mihi disiecti fragmina templi,
Quod post stuprataq; nurus, spoliataq; sacra,
Post longam infantum cædem sæuasq; rapinas,
Imbelli plenum turbâ, & multo obijce clausum,
Desuper iniecto populasti immaniter igne:
ô cœlum! ô tellus! ô vasti jura profundi!
Non sic Turea furit, non sanguine pastus equino
Moscus, Tartareiq; probans gens nominis omen.
Tu, simul ac prædæ spes quædam arrisit opimæ,
Tum cœlum & terram misces, orcumq; tumultu:
Quodq; libet, licuisse putas: tum fasq; piumpq;,
Sacra, Magistratum, virtutem, fata, tuosq;
Impresso pede proculcas diuosq;, deosq;:
Tu, quoties libuit, dubitas nihil hostibus ipsis
Pro socijs, rursus socijs velut hostibus vti,
Tu multâ, mira;q; linis dulcedine vulgus,
Pollicitis tentans magnis, singilsq; loquendo,
Sed sine mente sonum, & factis contraria verba.
Dumq; ita consiliumpq; tegis, frontempq; serenas,
Nulla fides, pietasq; tibi: tibi plurimus autem
Est iocus, est ludus, jurare & fallere: quamuis
Per caput ipse tui, per & intestina, per imam
Intestinatorum Regis Dominiq; medullam
Iuraris: per quod sacrorum est cunq;, per almas
Francisci braccas, genitaliaq; ipsa JACOBI:

Nulla fides tamen est, vires quin foedera furto:
Hæ tibi erant artes, flammis supponere tectis,
Excipere insidijs aurum, interuertere merces,
Tormento petere incautos: clam fata parare,
Toxica præbere, & poculis miscere cicutas,
Imbellem in sexum sæuire, inuadere inermes,
Incestare toros, sine more modoq; alienas
Permolere vxores, gremijs abducere pactas,
Clauas, inuitas thalamo excantare maritas,
Auulsaq; pio complexu, atq; ore parentum,
Heu teneras, neq; maturas pessundare natas,
Immó etiam natos: Tibi enim, immanissime, sexus
(Horresco referens) tuus est tibi sexus vterq;
Hæ tibi erant artes, pacem, iura, oppida, Musas,
Templa, domos, dominos, ciues, matresq;, maresq;
Fraude, dolis, furtis, stupris, cæde, igne, rapinis
Vertere, & infano permiscere omnia luctu.
Ultra nil poteras, scelerum hinc tibi terminus hæret:
Hærent hinc Furia, ac stupida mirantur, & astant
Attonita: Hispanosq; probant plus posse furores,
Quàm si mille etiam glomerentur Erinnyes vnâ,
Ipseq; rex Erebi cum Tartareo comitatu
Ingruat, ac vires Acherontis, & omnia secum
Monstra ferat, totalq; acies effundat Auerno.

Nunc ad virtutes, nunc ad tua Gesta reuertor,
URANIO generate, Deum certissima proles!
Cuius promerita, & cuius celebrata vagatur
Fama per ora virum, qua se fert Phœbus in vndas
Præcipitans, & qua nitidum caput æquore tollit.
Ecquis enim, Dux magne, tibi, quis cetera demat
Quæ faciunt belli esse **DUCEM**, Martemq; vel ipsum
Condecorant? vt quæ longè pulcerrima multis
Sunt olim diuisa viris, & dissita sæclis,
Nunc congesta simul spectare queamus in vno?
Hunc virtus, hunc forma decens, hunc robur in armis,
Maestas alios, alios sollertia tantum

No.

Nobilitat: decorat quosdam experientia rerum,
 Hunc successus alit, felixq; per omnia Mauors:
 In te mixta vigent, & mutua foedera iungunt.
 Quæ mihi, quæ quamquam tacito sub pectore fas est
 Concepisse magis, versu quam promere inertis:
 Quis tamen hæc intacta sinat, tacitusq; relinquat?
 Quanta tuum armorum, belliq; **SCIENTIA** pectus
 Imbuerit: quanta Martem formaris ab arte,
 Formatum quantis animi firmaris ab ausis,
 Firmatum quanto rerum perfeceres vsu.
 Non modò enim veterum, nec tantum inuenta recentum
 Ingeniosa Ducum, tibi nota tenentur ad vnguem:
 Siue illa Aufonijs, seu scriptis prodita Grajùm,
 Detineant oculos variè, mentemq; legentum;
 Quorum exempla animo, & studio repetita fideli,
 Te prohibent dulci componere corpora somno:
 Sed temet populis ipsum, Ducibusq; per orbem
 Illustre, egregium, eunctis memorabile sæclis
 Hactenus exemplar proponis: vt omnia solo
 Nomine **MAVRICII** Martis documenta patefcant.
 Quæ gens, quæ regio Europæ, quisuè angulus orbis,
 Quis procerum, aut Regum, quæuè vrbs terraq; mariq;
 Qui miles, quinam peditumq; equitumq; magister,
 Te contra, Belgasq; tuos non induit arma,
 Vel non sub vestris meruit stipendia signis?
 Quod genus armorum, quæ machina, frausue dolusue,
 Quiue modus belli, quod tam variabile pugnae
 Usquam exstat specimen, quo non Fortuna Deusq;
 His vestram totis virtutem exercuit annis?
 Quid? Geticusne vmquam maiore furore Tyrannus
 Pœoniam impetijt, quam vos prædator Iberus?
 Aut quænam historiae, quæ tam diuturna loquuntur
 Prælia, continuo Martis commissa furore?
 Non ego, si Phœbum exspument mea pectora ahenis
 Vocibus, enumerare modo, aut percurrere mente,
 Complectiue queam, ac multò minus ore profari,

Pugnar-

Cic. orat. pro
 lege Manil.
 4. vobis et huius
 imperatoris rebus
 et et et
 didi in hunc
 modo com
 dat, quod ego
 hic Maurici
 imitari sent
 scienciam RM
 Auctoritatem
 Felicitatem

Pugnarum facies omnes, aciesq; tuarum
 Qui toties summos obijsti victor honores
 Pænè puer, dubiaq; tegens lanugine malas,
 Heu multi quoties, firmato robore multi
 Non gaudent hodie, non audent stringere in hostem,
 Aut saltem streperum vaginâ educere ferrum,
 Certè vix alius te nouerit aptius artes
 Militiæ, & graue Martis opus, legesq; duelli:
 Quo metanda loco sint castra, quis arduus hosti,
 Qui socijs aditus se commodus offerat, & quæ
 Sint loca fluminibus vicina aut pinguibus aruis,
 Quis te, quis melius claudit tentoria vallo?
 Quis melius duplicem castris deducere fossam,
 Ponere quis iunctos sciat aptius ordine currus,
 Aut tormenta hosti venienti aduersa locare,
 Aut premere obfessas norit constantius vrbes,
 Ac fluuios alió versis abducere riuis:
 Quis citius faciem valeat componere pugnae,
 Seu sit opus, quadratum acies consistat in agrum,
 Seu longam extendat seriem; siue explicet alas:
 Seu cunei formam referat, seu cornua lunæ?
 Quàm læpè & noctu vigilans ruis oppida solo
 Ingenio, solaq; geris tua prælia mente?
 Quàm dextrè, quàm ritè tuas ductare cateruas
 Es solitus? Pugnae quæ captas tempora? quauè
 Disponis turmas, quauè instruis arte manipulos?
 Quàm non præcipiti committis prælia casu?
 Quàm premis incautos? celeri quàm turbine Martis
 Impræuisus ades, securumq; obruijs hostem?
 Qualis erat cùm Teutoniæ tecta arma parantem
 CAROLVM, & in scopulis angustis agmen agentem,
 Saxo AVVS ille tuus subitis perterruit armis,
 Fraude loci captum: contraq; vbi postulat vsus,
 Quàm subito hostilis diffas properando cohortes,
 Tàm cautè aduersas frangis cunctando phalanges;
 Et quandoq; moras Fabij, quandoq; furores

Cæ.

Cæsarios referens, vario stratagemate vincis :
Et modò consilijs superas, modò viribus hostem :
Semper acerba cauens, semper præsentia laudans,
Semper prospiciens quæ mox ventura trahantur,
Egregius celsâ veluti de puppe Magister
Ne ruat in præceps aut casu, aut sidere classis,
Nunc spectat remos, nunc summi carbasa mali,
Nunc quid agat ventus, nunc, quid designet Orion
Prospicit, & iussis velorum temperat alas.

Verum vbi sanguinei jacta est, jacta alea Martis,
Iamq; tubæq; tubiq; fremunt: ferit æthera clamor
Martius: hic plenum *VIRTVS* tua vt exserat orbem:
Non post principia ipse caues, latitasûc, tremisûc:
Sed, simul atq; oculis rutilum spirantibus ignem,
Dispositas latè turmas, sinuataq; obisti
Cornua, & æratas equitum peditumq; cateruas:
Ipse manu tua pala gerens præcedis anheli
Militis ora ferus: monstratq; inuadere Martem,
Non mandas: vt non tam dicta verenda morari,
Quàm tua facta sequi, milesq; ducesq; putentur:
Tum primam ante aciem volitans densissima quæq;
Irruis, ac rapido rumpis media agmina cursu,
More niuis quâ tela polum stridentia inumbrant,
Millenasq; ferunt vel singula spicula mortes:
Nomen vt incauti vix sæpè effugeris, ardens
Ignibus æthereis, diuinoq; impete Martis.
Quaq; ruis, dant arma locum, nec tela, nec ipsi
Ductores perferre valent. Cuncta impetus aufert
Ille tuus: Veluti Boreæ cum spiritus atris
Nubibus incubuit mundo, syluæ, ecce! feræq;
Procumbunt, ceduntq; minis, ceduntq; furenti.
Aut veluti summo præceps de vertice marmor
Fertur in abruptum, exsultatq;, feritq;, teritq;,
Et simul inuoluit stirpes, armenta, domosq;,
Sic pariter signa, atq; viros sternisq;, fugasq;,
Fulmineoq; Iouis tonitrus imitatus & arma

F

Tormen-

Tormento , muros & magnas diruis vrbes,
Sin tua fortè aliquis turbauerit agmina casus ,
Tum tua , tum quantum possit præsentia monstrans ,
Nunc eques in medios equitum te conseris alas :
Nunc pedes assistis pediti , firmasq; labantes ,
Castigasq; , vrgesq; moras : releualq; jacentes :
Instauransq; aciem renouas , reuocasq; ruentes :
Inspirasq; mares animos , & Martia corda .
Nec mora , nec requies , noctesq; diésue labori :
Neu prius abistis , quàm diro Marte furentes
Confundas , reprimas , rapias , sternasq; , terasq;
Victor humi : minimeq; morando restituas rem .
Vtq; adeó verbis designem cuncta duobus ,
Primus inis Martem , postremus Marte recedis .
Iamq; vbi cessatum est armis , vbi pace sequestra
Pacta dies , vbi facta quies , hostesq; silecunt :
Non tibi foemineis tentoria laxa redundant
Blanditijs , non imbelles ad signa ministros
Luxuries armata trahit : sed Marte phalanges
Assiduo exerceas , & belli præstruis arte :
Semper vt aduigilent , veluti jam jam ingruat hostis ,
Iamq; faces & tela volent , & Iberus inundet .
Procumbunt alij Sarrano mollius ostro ,
Credo equidem , hi melius nôrunt ductare choræas :
Hi citharas pulsan : hi ponunt retia ceruis ;
Hi torno facili incumbunt , buxoq; figuras
Effingunt : alij picturis tempora fallunt :
Hi formas varias lento ducunt argento ,
Aurificemq; colunt arcanae Palladis artem .
Maxima pars veró conuiuia læta sequuntur ,
Hic vbi turba strepit lasciuus nata caehinnis ,
Sarmenti , Ergisii , Morichi , Vappaq; , Popaq;
Praxillæ , auritiq; Midæ , Naniq; , Planiq;
Penelopes sponsi , Satyriq; , & Cureuliones ,
Et Balatro , & Scurrae , certatim ad pocla stementes ,
Fauniq; & Bitia , stultorumq; omnia plena .

Ap

At tibi qui famam properas extendere factis,
 Cæna breuis, somnusq; leuis, frigusq; calorq;
 Concretæq; comæ sudore, famelq; , sitilq;
 Et labor, & vultus dirum truculentus in hostem,
 Hæ tibi delitiæ, quibus aurea sidera tangis.
 Tantum inter medias legiones viuere vitam
 Semper amas: semper gaudes, vbi plurima circum
 Arma strepunt, tormenta crepant: parcumq; soporem
 Vel clypeo instratus carpis: mensam arma ministrant,
 Arma toros vdo, nudoq; sub æthere præbent.
 Excubiasq; vigil prælenti lumine lustrans,
 Non torpere graui pateris tua castra veterno:
 Virtutemq; adeo semper Fortuna, vicissim
 Fortunam cunctis Virtus tua prouocat horis,
 Quæ varios gaudet numquam sibi deesse labores.
 Quid loquar augustam frontem, vultumq; verendum,
 Et Duce supremo dignas sceptrisq; superbis,
 Corporis egregij vires, molemq; decusq;
 Quale nec Iliaco afflarit Venus aurea nato:
 In quo *MAIESTAS*, in quo venerabile cultu
 Numen inest: quod tu verâ, pariterq; seuerâ
 Disciplina auges: quæ nempè vel vnica, & vna
 Hostibus & socijs proceres facit vsq; tremendos:
 Quam circum sæuæ effigies, iræq;, minæq;
 Poenæq; vltrices astant, durumq; necesse.
 Non tamen est odio Grauitas tua maxima castris:
 Nec magis excubiæ te, circumstantiaq; arma,
 Quam tutatur amor, quam plurimus ardor honesti,
 Quam visu facilis, dictuq; affabilis vltro
 Gratia, Amabilitas, Clementiaq; optima rerum:
 Fastus abet tantum, Regnoq; infesta Tyrannis.
 Nec parit ergo odium terror: nec fræna resoluit
 Gratia, diligeris pariter, pariterq; timeris,
 Ac metuens te miles amat, colit atq; veretur:
 Quem sæpè audiui, voxq; hæc mihi condita mansit,
 Si sciret letum Vranij pro laude pacisci,

F a

Con-

Contemptorem animum esse sibi lucifq; necifq;,
Nec fugere vlla velit pro te discrimina belli,
Vtq; cauet pugnam injussus, sic iussus eandem
Toto animo inuadit, certusq; hostem hostis inundat.
Impulsâ quondam Pompeius ter pede terrâ
Armato Ausonios complebat milite campos:
Miles at ille tuus percepto nomine tantum
MAVRICII, insanit, furit, arma fremitq; rapitq;,
Arma toro, tectoq; simul, lectoq; requirit:
Ardent cuncta armis, plenifq; ingentia portis
Agmina prorumpunt: credas aut tecta coruscum
Corripuisse ignem, aut iam iamq; minace ruina
Nutantes pendere lares; aut fluctibus ingens
Diluium emoto populis instare profundo:
Nec quemquam mater, nec quemquam debilis æuo
Iam valeat reuocare pater: non dulcis amica
Dilectum iuuenem precibus, coniuxue maritum,
Non patrem obrineat pendens circum oscula natus:
Quin medios mittat sese moriturus in hostes,
Dum modo signa Ducis, dum iussa tremenda sequatur g
Tanta tua est Virtus, tantum est in pectore Numen,
Fallor, an hos superi radios Heroibus afflant,
Terrificosq; Deus Ducibus circumdat amictus
Non certè humanis opibus, neq; viribus ullis
Talia proueniunt, coelo sua semina, coelo
Respectus procerum, tamq; inuiolabilis ordo,
Tantaq; maiestas, tanta excellentia ducit.
Nec solum te Belga tuus miratur, honorat,
Suspicit, extollit, celebrat, veneratur, adorat,
Sed multi Reges, sed magnus *CÆSAR*, & omnes
Imperij Proceres misso sapiente Senatu,
Legatisq;, tuos quoties petière penates
Te sibi Rex Gallus junxit, te foedere Elisa,
Illa Caledoniæ sociavit Diua Britannis,
Gaudet & *VRANJÆ* gremio recubare *LEÆNÆ*,
Et thalamo Belgam sibi demeruisse *LEONEM*.

In-

Inclutus ille *LEO*, septem pars prima virorum,
Ille *PALATINVS* Leo: quo sol magnus, vtrumq;
Oceanum lustrans, seu cum se flectit ad Arcton,
Seu redit à nobis, hodie nil pulcrius vsquam,
Nil melius toto videt aut illustrius orbe,
Nilq; magis felix: Vatum Phoenice sacrorum,
Ingenium, moresq; Ducis, celebrante *MELISSO*.
Te porro, ô procerum Decus, Exemplarq; piorum,
Virtutesq; tuas quoties, atq; ora tueri
Optauere Duces & quot tua castra secuti
Heroum nati, sub te tolerare Magistro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescunt, primis & te mirantur ab annis:
Quorum nec numerum, nec nomina dicere, & amplos
Complecti hinc valeo titulos: id namq; laboris
Non leuioris erat, nitidi quam sidera coeli
Enumerare, & apes quotquot pascuntur in Hybla:
Multorum tamen instar agit, testisq; cietur
In mea dicta mihi, multo sublimis honore
HANOVIÆ gentis proles Heroa *PHILIPPVS*
LVDVICVS: cuius dum solum carmine nomen
Pono, virtutes cunctas, cuncta ardua pono:
Quoq; vno (dicam, Lior licet audiat ipse)
Sæcula nostra queant multis contendere sæclis,
Et priscum monstrare aurum, rediuiuaq; in vno
Pectore magnorum præconia longa parentum:
Cedite Romani iuvenes, concedite Graij,
Nescio quid maius Latio, quidue Hellade maius
Surgit in hoc, famamq; suam vix terminat astris.
Quin immò ipse hostis te insigni laude solebat
Ferre, tuo quoties discessit Marte subactus,
Ductoremq; sibi talem, tantumq; vouere.
Sed magis Augustus quam formidabilis exstas:
Et quacumq; viam ingrederis, ducisq; triumphos,
Protinus ingentem foribus domus omnis apertis
Rite salutantum totis vomit ædibus vnam:

F ;

Hinc

Hinc pendent altis alij de turribus ; inde
Templi summa tenent alij fastigia , & vnus
Omnibus ardor inest Solem spectare virorum :
Vsq; adeo Virtus oculos conuertit & ora
In se cuncta virum : atq; ipso delectat in hoste.
Iam quantos tibi quisq; bonus decernit honores ?
Fausta vouens Belgis , & bellis deniq; finem ,
Furibus Hispanis , meritissima præmia , funem.

Est aliquid Ducis in bello sollertia , & astus
Et magna audentes animi , & tolerantia dura ,
Curaq; , sedulitasq; vigil , spesq; alta , laborq; ;
Sed nihil est , si non par sit *FORTUNA* labori.
Ergo omnes numeros tum , tum perfectio habebit ,
Tumq; sibi optatum contingent omnia finem ;
Cum Fautor ille Dei , ac ventis Fortuna secundis
Aspirat , plenoq; sonat victoria plausu.
Sunt , qui artes belli teneant , quas Martia virtus ,
Miles , opes , socij , tempus , locus , omniaq; adsint
Tela virum , teloq; animus præstantior omni ;
Quos & Maiestas summis ductoribus æquet ,
Quotquot Roma tulit , quot Græcia Marte potentes ;
Sed , simul ac creperi subeunda est alea belli ,
Et funesta viris vtrinq; ad prælia ventum est ;
Eheu ! tum demum sortem experiuntur acerbam
Omnia conando , ac fatis franguntur iniquis ,
Inuitisq; vident se frustra tendere Diuis :
Tum modo se quartâ lunâ , tum sidere læuo
Prognatos , nigrumq; diem surrexe queruntur :
Heu ! quid agant ? cœco Martis rapiuntur ab æstu
Ambigui , an patriam violarint crimine tumbam ,
An sacrum impulerint incesto calce bidental ?
An domi equum Sejanum habeant , aurumûe Tolosæ ?
Vt tantam semper cladem regnisq; , sibiq; ,
Dedecus vt socijs , rilum hosti , ac gaudia quærant.
Contra alios videas , quibus ipsa manu , ipsa quadrigas ,
Ærataq; acies , Sors instruat ; ipsa furentes

Exhor-

Exhortetur equos : & qui quasi cassibus vrbes
Venati excipiant ; arcelq; indagine cingant ,
Fortuná cingente latus , cogenteq; prædam ;
Ipsis interea Ducibus curâ vsq; solutis.
Inuenias , quibus ipse suis effundat ab antris
Æolus armatas hyemes , quas militet æther
Omnis , & accincti volitent ad classica venti :
Quos propter , gelidis Aquilo de monte procellis
Obruat aduersas acies , reuolutaq; tela
Vertat in auctores , missasq; retorqueat hastas ;
Credo illos Martem , Sortisq; volubilis orbem
Impune in manibus multâ virtute rueri.
Præcipuè , si quos recti mens conscia , si quos
Causa iubet melior superâ sperare fauorem.
Quos inter , quo te , quo tandem carmine dicam ?
Diue Deam sanguis ! modò Auum qui passibus æquis
Insequeris , sequerisq; Patrem qui passibus æquis ,
Mox dextrâ superabis Auum , pietate Parentem :
Quo numen mea Musa tuum compellet honore &
Cui partim Virtus , partim fortuna triumphum
Ducit , vti valeas iam lemmate Cæsaris vti :
Vt *VENI* , vt *VIDI* , *VICI* : sed Numine *VICI* ,
Numine Ioua tuo , non Sortis munere ; nam quis
Te faceret Fortuna Deam , cœloq; locaret ,
Qui sciat æterni superumq; hominumq; parentis
Omnia ab arbitrio , ac nutu pendere supremo ?
Quem penes vt solum vasti custodia mundi est :
Sic Pacem , sic Arma suo sub numine torquens
Cottidie sacra bella gerit : nostrosq; suosq;
Prosubigit pedibus victor memorabilis hostes.
Et iam tempus erat dare vela vocantibus Euris :
Possem etenim excussos , possem laxare rudentes ;
Atq; animus fuerat jam jamq; emittere funes ,
Iam medijs undosum Aquilonibus ire per aquor :
Dum repeto tot capta manu tibi mœnia & urbes ,
Tot castella mari , & tellure recepta , tot altas ,
Seu propè , siue procul positas in finibus arces. *Verum*

Verum isthæc spatijs pridem disclusus iniquis
Prætereo, atq; alijs forsan memorata relinquo.
Quamquam ô si possem spirantia molliter æra
Fundere: si veros de marmore ducere vultus:
Si læues viuo tabulas animare colore;
Non Myro me, non Praxiteles, non vincat Apelles;
Quin simul æra, simul marmorq;, colorq; referrent
Te, vultusq; tuos: quin frons tua gesta loquatur
Ardua, decantanda viris, scribendaq; cedro:
Ut passim populi tanti Ducis ora videntes,
Ac te *MAURICIVM*, simul *VRANIVM*q; vocantes,
Protinus agnoscant in imagine semina laudum,
Summamq; & titulos, atq; argumenta tuarum:
Tum dicant: hic Dexterâ Auum, meritisq; Parentem
Exhibet. En! sic illi oculos, sic ora ferebant:
Vsq; adeo Heröes Heröâ stirpe creantur,
Et Patrum est virtus generosâ in gente leonum,
Nec trepidam fortes aquilæ genuere columbam.
Vsq; adeo magnos recti obseruantia fructus
Affert cultori: verumq; in fine triumphat:
Vsq; pios adeo mirâ Deus arte gubernans,
Dum silet, alloquitur; vigilat, dum stertit in aurem:
Dum premit, attollit: dumq; enecat, excitat Orco:
Atq; agitat victus mediâ sub morte triumphos.

Cunctisq; in theatris tibi picta, & sculpta tropæa
Erigerem: ac medijs in mœnibus vrbs, & orbis
Omnibus in templis Martis monumenta locarem
Clara tui, spolia, exuuias ex hoste receptas,
Spicula trunca virum, rorantes sanguine cristas,
Perfoscos hamis thoracas, & ære rigentes,
Telaq; cum pictis hærentia casside pennis,
Et scuta, & clypeos ictu haud impuné petitos,
Falcatosq; enses, & rostra erepta carinis,
Tympana, signa, faces, arcus, tormenta, tubasq;,
Et quæcumq; decent sæuum documenta furorem.
Circum autem exstruerem portus, vrbesq; receptas

Marte

Marte tuo, hinc castella, hinc propugnacula, & arces:
 E quibus illa tuo quondam regnata parenti
 Cúm *BREDA* præda foret Marrano facta latroni,
 Qui vivo miseram, vivo atq; superstite patre
 Diripiens, multos tenuit crudeliter annos,
 Iussit & inuitam seruis parere superbis:
 Tu Martis primum, Christo duce, & auspice Christo
 Hic tyrocinium patriam deponis ad urbem:
 Duratei quando instar Equi tua milite *NAVIS*
 Foeta, & tecta quidem exterius benè *CESPITE* sicco,
 (Qualem adhibent Belgæ flammis adolendo penates)
 Sed vivo tabulata intus cum cespite celans,
 Moenia adit, summeq; minans allabitur arci:
 Venalem inde petens arenti è cespite portis
 Mercem intromitti (quia sol iam duplicet umbras)
 Contiguæ armatum peditem grauis admouet vrbi:
 Quam iuris facta Arce tui, excubijq; peremtis,
 Sole nouo inuadis vigilantem, & cuncta videntem,
 Fatalemq; refers multo stratagemate palmam.
 Rem miram! mirasq; vices! de cespite sicco
 Fit miles viuus, de glebâ & cespite miles:
 Quæ Cadmæa seges? quæ permutatio rerum?
 Inunc, & Batauam ride, velut hæctenus, aurem,
 Quæ glebas animare queat, velut ille Prometheus
 Humanas bruto finxit de cespite formas.
 At vos, ô Patris manes, cineresq; *VVILELMI!*
 O! si quis nigrâ vobis quoq; sentus in vrna est,
 O manes gaudete pij, gaudete beati!
 Ultoremq; necis Gnatum sentite paternæ.
 In piger ex illo primi sub tempora Veris
SUTFANIAM, Vspetum celeberrima moenia, bello
 Aggrederis; mox haud sine cæde, & sanguine, Victor
 Ingredere, veteresq; iubes migrare colonos.
 Quamquam etenim Hispani signa & mandata secutus
PARMENSIS Ductor, veteranus, callidus, acer,
 Nunc leo, nunc vulpes, fraudem ingeniosa per omnem
 G Clade

Clade auditâ, equitum turmas, peditumq; cohortes
 Duceret, atq; tibi subitis occurreret armis:
 Cùm tamen actum ageret, cùm frustra effunderet omnes
 In ventum vires, nolensq; volensq; recessit,
 Haud sine dedecore, haud rerum sine strage suarum:
 Victorisq; tibi semper concessit honorem:
 Ac veluti pleno lupo infidiatus ouili
 Pastorum veniente manu, veniente canum vi,
 Balantum abscedit caulis, caudamq; remuleens,
 Summittit pauitantem vtero, sylvasq; subintrat;
 Non secus ipse fremens cessit, statione relictâ,
 Cessit enim, cessit; profugusq; deinde petiuit
 Gallos, vt maiore geri rem numine sensit:
 Et primos iuuenum, floremq; & lumina gentis
 Belgarum educens infando Marte peremit:
 Donec & inuitâ vitâ fugiente sub umbras,
 Non Ducis in morem media inter tela: sed ægro
 Turpiter affixus lecto, Thermisq; solutus,
 Sulfureas Stygio Thermas sub fonte petiuit:
 Plus satis hîc credo, satis ipse superq; calefcet:
 Hîc vbi cum furijs sedet, æternumq; sedebit
 Albanus, magnâ testatus voce tyrannos.
 Desinite (ô miseri!) crudum in fontemq; cruorem
 Fundere sanctorum, superisq; indicere bella:
 Nec sperate Fidem cogi, flectiq; necando,
 Torquendo, vrendo, mergendo, premendo, secando:
 Crescit enim pietas ardenti in corde virorum:
 Crescit amor Christi, quantum ipsa pericula crescunt.
 Nec mora longa fuit cum fracta *DAVENTRIA* dura
 Obsidione, tuis etiam se tradidit armis:
 Victorem mirata suum, mirata serenam
 Frontem, atq; augustos Heroi pectoris æstus.
 Pœnitent exacti per tanta pericula belli:
 Conclamantq; viri, matres, miseraq; puellæ:
 O ciues, ciues validis ceni moenia muris
 Clausimus, & rigidas arato cardine portas

δ! quæ-

ô! qualis, quantusq; venit, qui gressus eunti?
 Quæ vox, qui vultus? diuini signa decoris,
 Ardentesq; notate oculos: qui spiritus illi,
 Quæ facies, quiue oris honos, quæ gratia frontis?
 ô vtinam! trepidam cum milite cingeret urbem,
 Nota fides, pietasq; Ducis, spectata fuisset
 Maiestas oris: sponte in tua castra ruentes
 Pacem orassemus manibus: veniamq; precati
 Supplicibus superassemus tua numina votis:
 O decus, ô nostrum, ô fidei fidissime custos!
 Sis bonus, ô, felixq; bonis, tecumq; reducas
 Iura, fidem, pietatem, & festæ munera pacis;
 Quæ longè à nobis hostis, lateq; fugarat:
 Conculcans pedibus leges, castumq; pudorem.
 Non sic virginibus flores, non frugibus imbres
 Optati, aut fœsis veniunt sua flamina nautis,
 Vt tuus aspectus nobis, gentiq; piorum.
 Felix illa dies, quæ te nostræ attulit urbi!
 Felix illa dies, memoranda nepotibus olim!
 Fausta, colenda dies, niueo signanda lapillo,
 Qua redijt miseris post plurima nubila Phoebus.
 Hoc illi cœlo victorem carmine tollunt?
 Victorem egregium, neq; enim est Victoria maior,
 Quam quæ confessos animo quoq; subiugat hostes.
 Iamq; propinquabat squallenti frigore mundo
 Tristis hyems castris, rebusq; inimica gerendis:
 Cùm riget omnis ager, friget Mars, arma filescunt;
 Et passim hybernis solitus se condere miles,
 Parto iam fruitur, reficitq; in prælia vires.
 At nondum indulsit tibi mens generosa quietem,
 Et patriæ pietas, ac nescia cedere Virtus:
 Quin prius egregio *NEOMAGVM* milite cingas,
 (Seu quis Nouomagum vocet urbem: hîc qua Mosæ Rheno
 Conflux Oceanum petit, & rigat anne Sicambros)
 Viq; viam facias urbis sub mœnia; donec
 Fulmineis tremefacta pilis, vastiq; fathiscens

G 4

Muro

Murorum rimis, animum in contraria vertat
 Legibus acceptis, & iussa facessere pergat.
 Ecce! hinc virtuti sua præmia reddis, & hostem,
 Ingressum pedibus nudis, & vertice nudo,
 Protinus ipse iubes corpus miserabile *SCHENKI*,
 Infami positum tumulo, furcisq; dicatum,
 Vnguibus effodere atq; artus, dispersaq; membra
 Colligere ac, belli ritu, super arma repostum
 Exlequijs ductis solemni inferre sepulcro.
 Interea magno quatitur Germania luctu
SAXONE defuncto: quo viuo, jura, piúmq;,
 Et sanctam coluere fidem, mensq; omnibus vna:
 Extincto rupere. Sed aurem vellit Apollo,
 Vellit & admonuit, non tutum scribere in illos,
 Scribere qui modó non, verum & proscribere norunt,
 Is veró tot fata Ducum, tot funera secum
 Imperij procerum tam paruo tempore traxit:
 Cuncta vti iurasses cæco ruitura tumultu.
 Vnde noua ex sanguine fiducia surgit Ibero,
 Sic, sic anguillas turbato flumine rursus
 Possé capi, sic posse rapi, quæ rapta dolebat.
 Tu veró ô veterum sanguis generose parentum,
 Restituens Belgis cum libertate salutem!
 Quamquam animum turbatus eras super omnia letho
 Saxonis *ENSIFERI*, percussa q; Martia mens est:
 Morte Palatini (*CASIMIRI*, dico,) Leonis:
 Non tamen absistens cedebas munere Martis;
 Sed magis obsistens contra hostem audentior ibas.
 Usq; ad eò numquam tibi res fecere secundæ
 Maiores animos, nec deicere malignæ
 Vt tumidus læta, aut timidus sis forte sinistra.
 Vix benè desierat gelidi inclementia cœli,
 Primaq; purpurei ridebant lumina Veris:
 Extorrem quo me, quo tempore Belga benignis
 Officijs, pietate, fide, meritiscq; fouebat:
 Ecce! tuo pleni jam passim milite campi

Denfan-

Densantur, iam procedunt longo ordine signa
Sublata in uentos, lateq; inimica minantur.
Væ! quibus institerint agris, quibus urbibus: & iam
Oppida Tubantum quamuis munita timebant-
Grolla timet, timet Oldensala, habitataq; castra
Lingonibus, circumq; timent sibi mœnia, & arces
Rupibus impositæ, Belgarumq; arma tremiscunt.
Sed quid opus vires hîc præconsumere Martis?
Hic ubi cuncta tibi se spontè datura videntur:
Atq; aliàs trepidis scit nobilis ira Leonum
Parcere, ceu pariter scit debellare feroces.
Sola manet *STHENOVICA* animo imperterrita, sola
Bella vocat, tantum Vranium non prouocat ipsum.
Ergo ades: & licet illa quidem mortalibus armis,
Humanisq; opibus numquam cessura putetur:
Tâm confisa loci Genio, ingenioq; paratis
Præsidij, tanta vi, tanto milite, tamq;
Præcipiti fossâ, & triplicis munimine valli,
Igniuomisq; tubis, coelo capita alta ferebat:
Quis credat? tamen illa tuo quoq; Marte subacta
Concidit atq; tibi, tibi enim se dedit vni:
Qui Diuos scelerum vltiores in prælia ducis,
Cui Deus ipse gerit bellum, cui totus olympus
Aspirat, rutiloq; fauet cum sidere Mauors.
Sic, ne sana tamen celebretur fama tuorum,
Quos noctu, quos & superasti luce laborum.
Nam neq; tanta fuit facilis Victoria: nec tu
Accepto in facie caruisti vulnere: quantum
Quippè animo, quantumq; valebat corpore miles
Ille tuus; tantum hîc, tantum labor improbus hausit.
Nec modò in hostiles (velut olim in mœnia Troiæ)
Erigitur fabricata iterum noua machina muros:
Viq; furens, ceu Græca dolo, partimq; rotarum
Lapsu agitur, partim trochleis educitur altè,
Inspectura domos, jaculataq; fulmen in urbem,
Inuentum certè ingenij, donumq; Mineræ,

G 3

Et



Et quod non Batauam, non amplius arguat aurem.
Sed magno in primis, incredibiliq; labore
Res porro fuit acta, & itum est in viscera terræ,
Turbatiq; Erebo manes, Lemuresq; sub auras
Extremo effossi conatu, ac sedibus imis
Eruta fundamenta vrbs, suppositus & ignis,
Arma viros, muros, vallum, tormenta, domosq;
Mœniaq; horrendo disiecit in æra tumultu:
Quanto nec Siculum flammaram turbine montem
Crediderim eructare globos, æstusq; furentes
Egerere, ipse licet rector Stygis, ipse profundi
Laxet agens furijs immania claustra barathri.
Hoc quondam, nisi fallor, erat rescindere cœlum;
Hoc erat, hoc alto imponere Pelio Ossam,
Scilicet atq; Ossæ frondosum inuoluere olympum.

Sed iam summa procul te expectant castra *COVORDÆ*,
Præsidio veteres inter firmissima Tenctros;
Arcem ipsam vastæ claudant hinc inde paludes
Cui (ne defieret, ne quid ciuilibus armis)
Præfectus *FRIDERICVS* erat sanguisq; comesq;
Montanus: qui tam vasto munimine filius,
Naturaq; loci inuictum se Marte ferebat:
Quem circum Harpyiæ, flammisq; armata Chimæra,
Et centum manibus Briareus, Polyphemus, & vnâ
Ætnei fratres, infandaq; monstra cyclosum,
Concilio horrendo in foribus stabula alta tenebant.
Vtq; erat ante oculos tibi plurima Martis imago:
Sic tergo instabat validis *VERDVGIS* armis:
Impiger ille quidem versutus & improbus astu:
Cui cordi insidiæ, cædes, atq; impia semper
Proditio, relictisq; doli, improuisaq; furta,
Carnificumq; artes, quas ipso nomine præfert.
Quemq; nec ante queat Breda, vel Dauentria, quem nec
Plurima Sutfaniæ, & Neomagi damna, suoûe
Farnesium nuper Sthenouica mouere periclo,
Auxilio vt socijs fessis, fractisq; subisset,

Iam-

Tamq̄; graui pressos semel obsidione leuasset :
Hunc mouet , ecce ! mouet cessura *COVORDIA* Belgis :
Finibus vt Galli cedens , sociosq̄; reuisens ,
Vndiq̄; dispersi conquirat militis arma ,
Cunctaq̄; præsidio iam propugnacula nudet.
Si saltem his furum speculis succurrere , saltem
Sectorum has latebras , spelæaq̄; vasta latronum ,
Saluaq̄; prædonum valeat spiracula tueri ;
Vnde infestari vicinia tota soleret ,
Quæq̄; diu vobis damno , exitioq̄; fuissent.
Sed nihil effectum Hispanis , nihil omnibus actum
Impensis operum , nihil auxiliaribus armis :
Ipse licet veniat comitatus Marte Philippus ,
Bellonamq̄; Deosq̄; ferat , totidemq̄; *JACOBOS* ,
Roma meretrices quot habet , quot messis aristas ,
Quot pelagus fluctus , iterum quot Roma Cynedos :
Tu tamen æterno munitus numine , & acri
Ingenio præstans , indefessoq̄; labore
Imponis leges victis , ac præmia dextræ ,
Serta triumphato victricia ab hoste reportas.
Inq̄; ipsum insidias , & perfida texta , grauissq̄;
Proditione dolos , structos tibi , Marte retorques.
Bis ferro hic sternendus erat , bis victus Iberus ,
Quanquam insurgebat , terram tamen ore momordit :
Aut scelerata fugæ mandauit terga pudendæ.
Nec dolor , aut virtus fugientem , aut inuia montis
Fragmina , non rapti pontes , non flumina sistunt.
Perge ita fatales virtute vrgere triumphos ,
Perge ; feret summam *LABOR & CONSTANTIA* lau-
Dum benè cœpta tibi laudato sine coronas , (dem,
Ne quoq̄; parua feri maneat scintilla duelli :
Quæ non ritè extincta nouum instaurare periculum
Incipiat ; Martemq̄; tuum rediuiua laceffat :
Æ quæ etenim magnum est extrema ac prima domare ;
Nec minor est Virtus quam vincere , victa tueri.
Nam , quo non penetrat *VIRTUS* : hac , clarus Iason
Auræ

Auratam potuit Colchis auertere prædam:
 Hac, satus Alemenâ, tot claras excidit vrbes,
 Troiamq; , Oechaliamq; : hac duros mille labores
 Rege sub Eurysteô superauit, monstraq; passim
 Et vastum Nemeæ domuit sub rupe Leonem:
 Nubigenasq; dedit letho: Cacumq; subegit
 Ore refundentem flammâs, fulmenq; vomentem.
 Præditus hac plures Augusto pectore mundos
 Pellæus voluit iuuenis: Virtusq; triumphos,
 Auratosq; parat currus, lauruq; coronat
 Frontes: hæc viridi raptum de cespite gramen
 Intexit capiti: hæc superati insignia valli
 Diuidit: hæc confert conscensi præmia muri:
 Hæc myrto, hæc veteri circumdat tempora quercu,
 Sertaq; distribuit naualibus aurea rostris.
 Hæc eadem tibi strauit iter sub mœnia Montis,
 Quem diuæ celebrem *GERTVVDIS* nomine, multis
 Maiores tenuere tui longo ordine ab annis:
 Ipse pater tenuit, natoq; reliquit habendum.
 Argento sed eum postquam pellacis Iberi
 Accepto, miles vester transcripserat hosti:
 Quanta solo, proh quanta salo damna ille parabat?
 Quanta viatori, quanta inde pericula nautis
 Impendere? quotas absorbuit ille carinas?
 Quot neq; Scylla vorax, aut implacata Charybdis,
 Abreptas Siculo demerserit a quore puppes,
 Nam locus ille quidem summâ firmissimus arce
 Prospectum latè pelago tenet: ac mare portuna
 Solis ad occasum, rapidi hîc circa ostiæ Mofæ,
 Efficit obiectu laterum: vnde subinde petiti
 Fulmineis, nusquam poterant euadere telis:
 Præsidio simul auctus erat, Martisq; tremendus
 Robore, & indomitus multo intra - milite & extra:
 Quem neq; terrifico tonitrus mentita fragore
 Machina dei ceret, nec inundans mille carinis
 Atrides, duplexue Ithacus, non magnus Achilles

Frangere-

Frangeret, aut decies geminato milite Xerxes.
Dura petit virtus, & quælibet ardua tentat.
Huc placet ergo tibi totum conuertere bellum,
Hispanisq; tuos iterum componere Belgas.
Iamq; vtrinq; ardent animis, solidaq; ruunt vi:
Fit fragor, atq; graui cœlum tonat omne tumultu,
Dum tormenta crepant, atq; excluduntur vtrinq;
Terra tremit, rutilisq; fremit velut ignibus æther:
Et numquam irato ceciderunt plura Tonante
Tela, nec auditæ toties per inane ruinae:
Responfant nemora, ac vasto sub gurgite Nereus,
Miratur tantis ardere sua æquora flammis.
Itur in aduersos iam stricto comminus ense:
Iam densant, variantq; acies: terrâq; furentes
Rem, pelagoq; gerunt: iam puppes puppibus hærent,
Miscenturq; viri, sæuitq; acerrima cædes.
Quo fugitis, ruitisq; iterumne capessitis urbem?
Heu! state Hispani; Regem defendite vestrum,
Et volmet præstate viros, neu fidite muris.
State modo, si quid virtutis habetis auitæ,
Si qua & fibra micat, si gutta vel vnica Iberi
Sanguinis, aut si testiculi vena ulla paterni
Restat adhuc, pulcrumq; mori succurrit in armis:
State viri; durate viri; sin ceditis, actum est.
Dum loquor, en, motas Victoria concutit alas:
Et conferta super niueis volat agmina pennis.
Quid multa? Hispanus patulas tantum arrigat aures;
Arrigat, & si quem longé tenet vndiq; tellus:
Inuia *MAVRICIO* nulla est via: nulla fatigant
Bella virum: non vis, non sustinet vlla, furorq;
Dimoueat cepto: Tanta est fiducia Christi.
Quippé nec hinc tandem scelerato profuit hosti,
Munitis hæsisse locis: vis irrita valli
Concidit, & fractis patuerunt moenia muris:
Non pudet, Hispani, tam firmo excedere castro?
Et pacem petere, & palmam concedere Belgis,

H

Hispa

Hispanos Belgis, dominosq; agnoscere Belgas,
 Victoresq; pati, & miseris summittere colla?
 Et vitam debere viris, atq; addere grates?
 Vel fugere, vt timidas aquilâ veniente columbas?
 Quæ vis, qui vestris pedibus timor addidit alas?
 Sicciné vestra iacet spes, res, rex, ipse **JACOBVS**?
 Quem memini vosmet non frustra in vota vocare,
 Tu veró patrias iterum conscendis in arces
 Victor, Io! ter Victor Io! quo vindice Belgas
 Aurea pax, pietas, libertasq; alma reuifit.
 ô! qui tûm plausus populo, quæ iubila surgunt!
 Te noctu, te luce vehit mercator ad astra:
 Et pia turba virâm passim tua munera cantant.
 Tutus bos etenim secura perambulat arua:
 Nutrit rura Ceres fausto cum fidere: gramen
 Ipsa Pales pecori fundit, lac sufficit agnis:
 Securi volitant pacata per æquora nautæ:
 Nullis polluitur furtis, stuprisq; cubile:
 Laudatur simili pudibunda puerpera prole:
 Culpariq; fides metuit: mos, lexq; nefanda
 Facta domant: Musæq; choros, & doctus Apollo
 Exercent: Pietas feruet, superosq; celebrat
 Laude: lares exsul repetit, dulcisq; penates
 Post aliquot, sua regna videns, miratur aristas:
 Latitiâq; fremunt vrbes, & compita cantu:
 Hic ille Alcides, hic diuûm munere Theseus,
 Centauros, Cacosq;, & monstra immania ma&ans,
 Et dubitamus adhuc, aliquem, quem prouida tangat
 Cura hominum, esse Deum, qui cuncta auditq; videtq;
 Nouit & amissas in pristina reddere vires.
 Quis **GRONINGA** tibi cernenti talia sensus?
 Quiuè animus? quanto feruebas turbida motu?
 Quosué tui ciues sociati foedere Iberis
 Pectore versabant luctus, fluctusq; secabant?
 Cûm passim Hispanos vicinâ excedere terrâ
 Victos, expulsos, mancos, mutilosq; viderent:

Totq;

ed. 5. lib. 11.
Horatij

Totq; feris passim laniata cadauera , totq;
 Scuta virum , galeasq; , & inania corpora ponto
 Iactari & tantos cumulari cædis aceruos ?
 ô miseri ! quæ vos cepit dementia ? quæ vos
 Exagitant Furiaë , *ougeuiois* occludere portas ,
 Vraniosq; fero sine fine laceffere ferro ?
 Bellum importunum , ciues , cum gente Deorum
 Vraniâ geritis , freti mortalibus armis.
 ô si sana foret mens vlla in corpore vobis ,
 Vltró aduentantem procul exciperetis , & vltró
 Moenibus acceptum manibus ferretis in urbem ,
 Sternentes violisq; viam , nymbisq; rosarum ,
 Nil maius , meliusq; , nihil clementius vsquam ,
 Credite , *MAVRICIO* , nihil vsquam triste recepto ;
 Contempto , spretoq; velut , nil tristius illo.
 Tantum exite viri , venienti occurrite , portas
 Pandite , proiectis procul armis : tradite clauas ,
 Quid statis ? Dux vester adest ; nostisné decoros
 Supra hominem vultus , maiestatemq; serenam ?
 En Dux vester adest , pietatem , iura , salutem ,
 Et libertatem secum , pacemq; reducens ,
 Hispanumq; iugum vestris pulsurus ab oris ,
 Quid dubitatis adhuc ? coëant in fœdera dextræ
 Qua datur , ast armis concurrant arma , caute.
 Cui namq; , obscurum , quanta eius prælia , quantus
 In clypeum assurgat , quo turbine torqueat hastam ,
 Quam ruat aduersos , quàm sæuo fulminet ense ?
 Non illi vestrum , non quisquam impune feret se
 Obuius armato , seu cum pedes ibit in hostem ,
 Seu spumantis equi calcaribus hauriet armos.
 Spem si Marranis , si quam posuistis in armis
 Mittite : promissis Hispanus ludit hiantes ,
 Ludit enim , & pictâ pandit spectacula caudâ.
 At contra , si quid sanæ modó mentis habetis
 Fidite *MAVRICIO* ; placidisq; paratibus omnes
 Tendite in occursum , ac portas præbete patentes.

Verum, quid monitis, precibusue ego tempora perdens,
Nil profecturis, vanisque; aro littora bobus,
Parietibusque; loquor, pertusoque; æquora cribro
Haurio, Sisyphiosque; oboeo sine fine labores?
O stolidas hominum mentes! ô pectora læua!
Visne, Groninga, Phrygum exemplum resipiscere? visne?
Acceptis demum sapere, & concedere plagis?
Arma viri, ferte arma, viri! circumdate castris
Præfractos, totisque; equites diffundite campis:
Matureque; vndas ductis auertite fossis:
Nunc prohibete aditus, nunc obsidione tenete:
Nunc passim vos obijcite ad diuortia nota:
Et propius conferte pedem; nunc signa leuate:
Nunc & equo muros lustrate, & cingite flammis:
Nunc agite, & superos tormenta imitata furores
Exonerate; simul varijs assultibus hostem
Fundite, summa imis confundite, & infima summæ
Fundamenta vrbis tentate, & spargite in auras:
Ac lato ingentem, lato date ore fenestram:
Nunc fossas implete viri, nunc vellite vallum,
Vellite, & æratas conuellite cardine portas!
Ecquis erit socij muros qui primus in altos?
Ferte faces, huc fulmina, vulnera, funera ferte:
Ferte citi scalas, huc ferte, hac scandite muros!
Quis cladem istius pugnae, quis funera fando
Explicit aut versu possit memorare furores?
Victores, victique; ruunt, vincuntque; caduntque.
Nec minus intus agit furijs discordia ciues.
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
VRAnio, votisque; trahunt in mœnia Belgas:
Arma crepant alij, & pergunt defendere muros.
Ecce autem! ecce vrbis subitô magna ora dehiscunt,
Ecce! illic rapidam turris trahit alta ruinam,
Conglomerans hostes tumulo, sociosque; sub vno:
Germanos, Italos, Gallos, junctosque; Britannos;
Iunctos Hispanis hoc demum foedere Belgas:

Sæpè

Sæpé adeó inuitos sociant fata hostibus hostes :
Sæpé adeó partes Mauors conglutinat ambas :
Sæpé adeó discors nubit concordia bello.
Non alium credo rerum fluxisse tenorem ,
Cúm natura parens discordia semina mundi
Humida , sicca , calentia , frigida , mollia , dura
Iunxit , & vnanimi pugnancia pace ligauit.
Sed neq; sic crudis possunt absistere pugnis ;
Ecce ! intra portas , atq; ipsis prælia miscent
Murorum aggeribus : nunc , nunc insurgite , Belgæ !
Irruite , irruite , ac sine more occidite tantum :
Pergite clangere , frangere , claudere , plaudere : passim
Currere , carpere , voluere , rumpere : pergite Iberos
Præcipitare , agitare , retundere , tollere ferro :
Hos premitte , hos capite , hos rapite , hos concidite : at illos
Sternite , plectite , trudite , prendite , prendite presos ,
Figite , pellite , vertite , mergite , perditite ! si qua ,
Si fortè ad sanam redeat gens perfida mentem :
Et *CIVES* seruare bonos Clementia possit.

Proh ! quæ tanta quies vrbis ? num poenitet ? ohe !
Parcite. Nam signum quodnam procul extulit hostis ?
Aut quinam sonitus , quodue illætabile murmur
Intus miscetur ? data sunt , data signa receptu.
Parcite ; vestra etenim , vestra est *VICTORIA* , Belgæ !
Cernitis , vt portas obfessi , vt moenia pandant ,
Optataq; velint audire , & reddere voces ,
Victorem simul Vranium , Belgasq; salutent ?
O vbi nunc Hispani animi , promissaq; , & arma
Necquicquam memorata viris ; vbi fulmina Romæ ?
Aut vbi vbi Diuûm illa parens , vbi Dextra *JACOBI*
Expectata diu , iactataq; sacra Deorum ;
Aurei vbi montes , aut Indæ pondera Gazæ ?
Nil tale hic video , sed diuersissima longé.
Quæ manus ista virum egreditur , quæ turba misella
Vertice agit nudo ? tendunt longo agmine moesti
Ductores , patresq; : ac supplicee voce requirunt

H ;

Mau-

MAVRICIVM. Heu! quantum mutatus Iberus ab illo,
 Qui modó visus erat superos detrudere olympo,
 In pelagus terras, in Tartara soluere coelum?
 Quosúc dabat gemitus; quæ verba precantia victus?
 Quas trepido voces meditans sub corde parabat:
 Quonam ore, aut quonam victorem appellet honore?
 Marmaricis velut in syluis si forte Leoni
 Irato occurrere feræ, si robore contra,
 Si niti pedibus nequeunt: ante ora frementis
 Prostratæ abijciunt sese, dominumq; fatentur:
 Ille metu contentus, inertia corda jacentum
 Præterit: & fremitu circum vndiq; territat auras.
 Ergó adsunt, pacemq; orant, genibusq; minores
 Vranio vitam, fortunas, moenia dedunt:
 Exorantq; Ducem, & meritos se extrema fatentur,
 Proiecti ante pedes victorum, ex lege duelli:
 Prostratosq; solo Iouis, ecce, é semine natæ,
 Claudæ illæ, rugosæ, oculisq; obliqua tuentes
 Voce Litæ circum assistunt, stipantq; precantes:
 Et sanare malum multo medicamine tentant,
 Atq; virum placare viris, & vincere votis,
 Prisca Iouis soboles, quem crimine læserat Ata,
 Noxa valens pedibus, præceps, damnosa, feroxq;
 Quam Pater Omnipotens dejecit fulmine ad umbras:
 Quali ipsam Phœnix describit imagine: Achillem
 Cum cupit Argolico placatum reddere regi.

Tu, vero *URANIVM* fidus, Dux inclute! quamquam
 Quâ vocat ira sequi poteras & plectere pœnis
 Fœdifragos, sæuisq; immittere frena quadrigis:
 Attamen ipsum hostem veniâ dignatus amicè
 Prosequeris, terraq; leuas, animumq; benignum
 Accipis in ciues, verbisq; hæc insuper addis:
 Quid, miseri, pacem petitis, quam sæpius vltro
 Obtuleram votis, precibus, monitisq;, minisq;?
 Quænam vos igitur Furia, aut quæ numina læua
 Implicuere armis, qui nos fugiatis amicos?

Testor

Testor quippé Deum; me inuitum ad prælia cogi;
Inuitum capere arma, inuitum pacis amantes
Commaculare manus, vel & hostis sanguine Iberi,
Nec veni, nisi fata Deus sic digerat ipse:
Nec ferrum arriperem, nisi patria sancta, fidesq;
Sanctaq; Relligio canibus data præda, salusq;
Vestra salus, commune bonum, cædesq; parentis,
Ereptæq; vrbes captiq; iniuria fratris,
Structæq; insidiæ nuper Fratriq;, Mihiq;,
Fratri, qui cunis vix dum prorepfit ab ipsis,
Infantumq; cruor, libertas, pacta, patrumq;,
Et procerum pietas, voces & vota mouerent.
Promisi hac dextrâ ultorem, promissa tuebor,
Quo res cunq; cadant, aderitq; vacatus olympo
Christus vt optatum tangant sua prælia finem.
Nunc agite, ô ciues! quianam sententia vobis
Versa retró, nec adhuc odijs certatis iniquis:
Eiurate scelus, periurâq; iura Tyranni
Hesperij: & socijs vosmet coniungite Belgis:
Iungite opem & foedus: vigeatq; in foedere pacto
Intemerata Fides, & nescia fallere dextra.
Immó vnâ, quod vos iterumq;, iterumq; monebo,
State v iri nobiscum in Relligione, Fideq;
Antiquâ, verâq; fide, quæ sidera tranat:
Sic erit, vt redeat Pax coelitus aurea Belgis.

His dictis urbem ingrederis, tantoq; superbus
Pondere gaudet equus, rosei cui clarus ab astris
Luciferi Sonipes, & passis Pegasus alis
Inuideant, malintq; tuis spumare lupatis.
Ingressum niueo *VIRGO* pulcerrima cultu
Eccipit, ac manibus victricia symbola, clauem
Aureolum dextrâ tendit, laurumq; sinistra,
Et torquem, & capiti donum regale coronam:
Ast quæ tum facies vrbis, quæ gaudia ciues
Seruati ostentant & assertoremq; salutis
MAVRICIVM, pacisq; vocant Numenq;, Patremq;,
Cui

Cui caput, & caro quidquid capite amplius exstat,
Impendant stantes, studio ingenti vndiq; circum:
Ac veluti in vitam post fata redire videntur.

Nec minus ipse hostis duplices ad sidera palmas
Extulit, atq; Deo grates, laudesq; peregit,
Quod tam clementi, quod tam sapiente, bonoq;
Victore vtatur: qui vel circumdatus armis
Marte ferat pacem: quem frenis aurea Pallas,
Et ratio, non ira regat: qui facta rependens
Consilio punire queat, Dijs proximus ipsis:
Cui pulcrum, & solenne, reis ignoscere nondum
Supplicibus, pœnæq; genus, vidisse precantes.

Hispanus sese jactet mucrone cruento,
Ac feritate magis studeat, Furijsq; timeri:
Vertatq;, & verrat priuata & publica furtis:
Nec pudor aut virtus reuocet, neu sexus & ætas,
Non supplex lacrymis genua ante superba volutus,
Non æquata solo, non sæuis perdita flammis
Mœnia, sacra, sacerdotes, cæsiq; parentes
Natorum ante oculos, natiq; ante ora parentum,
Non grauidæ matres, viduataq; turba maritis,
Non cruor immanem saturet, non dira refrænent
Stupra puellarum, superosq;, hominesq; vocantum:
Quin scelus addatur sceleri; furorq; furori.

Et quos læta Duces, quos non *VICTORIA* vertit,
Quos non victores fortuna benigna subegit,
Quamuis antè bonos, mites, animiq; potentes?
Tunc, tunc arma mouet ventosa superbia: tunc, tunc
Ira, Libido, Furor, petulansq; Audacia surgit,
Tunc scelus omne leuat cristas, & cornua lumit:
Inq; solens, fastuq; tumens, *VICTORIA* res est,
Naturâq; suâ crudis amat ire quadrigis.

Tu tamen & Martis, & viuida Pacis imago!
Cuncta velut vincis, sic te *CLEMENTIA* vincit:
Et neq; supplicijs tibi laus quæstta, nec atro
Vllius infontis tua dextra aspersa cruore est:

Nec

Nec quis ob inuidiam manibus violatus iniquis,
Nec bona cuiusquam prædæ permiffa, nec hastæ
Summiffa, aut ferro in numerum diuifa cruento:
Sed potiùs feruare bonos, quàm perdere ciues
Pergebas, hostesq; simul deuincere amore;
Ius dare cuiq; suum, vimq; abstinuiffe, manusq;
A placitis reuocare bonis, & parcere victis.
Qualis Alexander, qui quamuis capta teneret
Agmina, Regalesq; nurus, tenerasq; puellas,
Multaq; facti auri, simul infectiq; talenta:
Abstinuit tactu tamen, & nec regia proles,
Regia nec coniux, nec opes, nec plurima virgo,
Quæq; oculis, jecoriùe queant inferre dolorem,
Nec quæcumq; valet magno fortuna nocere
Victori, excelsam subuertit pectoris arcem.

Mos erat in Latio vitali intexere quercu
*CIVICA*serta viris, medio qui Martis in æstu
Casurum exitio poterant subducere ciuem:
Nec magis vlla fuit populis in honore corona,
Atq; ea, cui dederat *SEVATI GRATIA CIVIS*
Nomina, sanguineis longè anteferenda triumphis,
Namq; Dei effigiem, exemplumq; in imagine parua
Quisq; refert: hinc nulla Deo sic facta probantur,
Quàm feruare hominem medio in discrimine lethi,
Nobilius quo non animal, neq; sanctius exstat:
Et nullum contra superum sic prouocat iras
Crimen, vt humanæ præcidere stamina vitæ,
Quæ disrupta semel nequeunt annectere Parca.
Falce quidem succisa suis moriuntur in aruis
Gramina, post iterum viridi de cespite surgunt;
Solesq; occidere, atq; redire videmus eisdem:
Damna etiam celeres reparant cœlestia Lunæ:
Non homini sic vita redit: neq; redditur æuum,
Nec caput vllius reppullulat ense recisum.
Iam, si tantus honos hominem seruantibus vnum
Est habitus; qualem imponat tibi Belga *CORONAM?*

I

Qui

Qui tot fatalem solus produxeris horam
Ciuiibus, & toti vitam seruaueris vrbi?
Quæ par, quæ tanto referatur gratia facto?
Quod delere sequens annis labentibus ætas
Nulla queat; quod cœlo ipso scribatur & astris,
Sidereaq; ferat radiantem fronde coronam,
Cum pater omnipotens fanda atq; nefanda rependet.

Aspice fata Deûm, tibi dum Victoria Martem
Annuit vlq; tuum: tandemq; illa *V R B E* potiris
Maiores quam sæpè tui tam fortibus armis
Haftenus aggressi, fatis obstantibus, almæ,
Turbatam, nondum valuerunt reddere paci:
Aut regimen sibi donatum insignire tropæis.
Tantæ molis erat populos frænare feroces;
Quos neq; Saxo Abauus, materni sanguinis auctor,
Qui tum consilijs Burgundica bella regebat,
ALBERTVS, torti potuit compescere dextrâ,
Dextra licet manus Imperij, patriæq; Rolandus
Dictus erat, meritiscq; grauis, grauidusq; triumphis.
Nec proauus tuus *HENRICVS*, diuesq; *GEORGV*
Germanus proauï, sub iura vocare valebant
Fretam opibus, foetam robusto ciue *GRONINGAM*
Quamquam illis vrbes reliquæ, & vicinia tota
Pareret, lateq; omnem dititione tenerent
Victores *FRISIAM*, veluti sibi debita pacto
Præmia, post obitos casus, Martiscq; labores
Exhaustos: dum bella gerunt, signiscq; rogati
Cæsarijs socij signa auxiliaria iungunt.
Non illis animus, non defuit ardua virtus,
Sed suprema dies, & fixa adamante, refigi
Nescia, lex fati supremis obstitit ausis.
Vidi etenim qua se medium diffundit in æquor
Mille *HARLINGA* latus Boreale obtenta carinis
Quaq; viget doctis operata *FRANEKERAM* Musis,
Clara libris Drusi, Sigebando clara Luberto,
Clara viris, quos fama polo vehit alite plantâ

Quaq;

Leges, pacta, decus, libertatemq; tueri,
Asserere æternos veræ pietatis honores,
Instaurare Deo cultus, purgare nefandis
Templa probris, Verbumq; Dei, & signa addita verbo
Ad veros reuocare vsus, moremq; sacrorum,
Et Phoebi comites, doctasq; fouere Camœnas,
Ut verâ maneat in religione nepotes:
Qualibus auspicijs, quali virtute Iofias,
Et pius Ezechias olim, Cyrusq;, piusq;
Afa, Iofaphatus, Darius nomine Medus
Fulfit, & æternos meruit pietatis honores:
Qualem & Longimanus, qualem sese optimus ille
Theodosius, qualem se Constantinus agebat
Magnus, & antiqui, licet haud longo ordine, Reges.

Quo rapior? quæ fama meas noua fertur ad aures,
Et fessas calamum prohibet deponere Musas?
Rursus ad arma vocor Victricia: rursus equorum
Auribus accipio fremitum, clypeosq; coruscis
Ardentes radijs, atq; æra micantia cerno:
Tuq;, tuusq; mihi Mauors se pandit vbiq;
ô & præsidium, decus, & tutela bonorum,
Ac neq; posterior Pietatis laude, nec vlli
Virtute egregiâ Maiorum indigne tuorum!
Rursum in bella trahor: rursus horrida tela retracto:
Dum subit, vt subitis Eburonum moenia, & oras
Viribus, ac variâ multum concusseris arte,
Plurima damna ferens regioni, hostiq; propinquo:
Dum subit, vt collisa tuo iam Marte Tubantum,
Tenetrorumq; manus reliqua, & superaddita Belgis,
Iuratis contra hostem animis, dextraq; feratur:
Dum subit, vt Frisiam, vt radijs quam spectat Eöus
Seditione grauem, pacatis ciuibus, *EMBDAM*
Contuderis, tumidiq; minas sedaris Amisi,
Iura viris reddens, reddens sua iura Dynastis:
Quos Flaciana cohors, Nugas & somnia Vendens,
Oppugnansq;, virum spurcis pia scripta libellis,

Voce

Voce Tribunitia patrios armarat in agros,
Urbs tibi agit grates, grates agit ipse Dynasta,
Expertus sociamq; manum, Belgamq; fidelem:
Et benè apud memores vobis stat gloria facti,
Quam facilè est cuius populòs turbare quietos!
Heu, quàm difficile est motum compescere vulgus,
Infrænum vulgus, flammâsq; domare voraces!
Scit Brunsvuiga, sciunt Augustæ moenia, nouit
Lipsia, scit Furijs tentata Silesia Sueuis.

Ast cohibete malum Proceres, cohibete furorem,
Nec finite hæc, quæso, tam latè exempla vagari.

Nunc subit vt Tungros, Flandros, olimq; Maroni

Extremos hominum Morinos, Rheniq; colonos,

Menapiosq;, alto quos gurgite Mosa pererrat,

Atq; Vbios, mixtosq; Heduis, Salijsq; Sicambros,

Aduaticosq;, ipsis Celtarum in finibus ortos,

Inuadens, tuleris prædas ex hoste cruentas:

Nunc memoranda subit *VESALIA*, nunc *Cameraci*

Insignita tuis firmissima moenia castris:

Hic vbi Nassouius multâ virtute Philippus

Occubuit, lethumq; Heros pro laude subiuit,

Sed consanguineis post fata remissus ab hoste:

O dolor, atq; decus magnum rediture *WILELMO!*

Mauritioq; Duci, postquam tot fundis Iberos.

Cunçta Sophocleo fuerant quæ digna cothurno.

Verum hinc summergor, laudum *AVRASINE* tuarum

Obrutus Oceano: Musasq; subinde labantes

Deserit absistens alieno tempore Phoebus:

Ipsaq; tantarum sterilem me copia rerum

Reddit, vt ingenti rubeam, stupeamq; labore:

Dum, velut angustis oriens ex fontibus amnis

Crescit in immensum pariter crescentibus vndis:

Aut, veluti quercus vastissima surgit in auras:

Sic super alta tuos extendas sidera ramos,

Immensosq; agites famæ, sine fine, triumphos.

Forfan & ipsa tuas innata Modestia laudes,

I ;

Qua

Qua te non minus ac reliquis virtutibus ornas,
Abnuit, ac meritum non fert patienter honorem
Summa sequi potuisse sat est fastigia, summa
Sufficiat rerum hic strinxisse cacumina: qualis
Parrhasius tabulae cupiens inscribere paruae
Agmina magna virum, non totos corpore toto
Pingit: sed densos angusto contrahit orbe,
Artifici inuoluens alios caligine, & umbris,
Nonnullos pedibus signans, manibusue, togisque,
Quosdam vix capite, & supremo vertice prodens.

Nec desunt vobis praesenti numine Vates,
Diuini Vates, Phoebus patre digna locuti,
Atque alii passim: valeant qui dicere laudes
Diue tuas! gratique olim tua gesta nepotes
Et benefacta canent: nec Musae crebrius vlli,
Quam tibi, sudabunt, ut coniurata remotas
Fama colat terras: tantum te fortibus armis
Pro Belgis potuisse tuis, pro pace bonorum.


Salue Heros, salue afflictis Dux addite Belgis!
Seruque in caelum redeas, repetaque relictum
Aethera: qui misero, tantum non luidus, orbi,
Inuidet VRANIOS: cognataque sidera reddi
Postulat, ac superos, proprioque reposcit honores,
Ostendens tantum indignis sua munera terris.
Salue iterum, atque iterum, tardulque tua altra reuicias
Te toties patrio toties reuocantia olympo,
Atque loco cessura tibi, quem prospicit Arctos
Semper, & ut videat semper fugit aequore mergi.
Ne medio temet viridis sub flore iuuentae
Subtrahe: ne tanto bellorum defice fluctu:
Quod te casta Fides, quod te Respublica mater,
Quod Pax, quod Musae, quod Fas, quod Iura, Piumque,
Quod te scissa comam, quod te moestissima vultu
Religio, & lacerata vadens Ecclesia pallata,
Per te, per qui te Vranij genuere parentes,
Per superos, coeli que rogant vegetabile numen.

At

At vos, ô Belgæ, genus insuperabile bello!
 Viuite, quod facitis, *CONCORDIÆ*, viribus æquis,
 Et sperate Deum memorem Fidei atq; laborum:
 Viuite coniunctis animis, armisq; sub vnâ
 Sincerâ, verâq; fide: sunt cetera vestris
 Sub pedibus, neq; vis Belgis dabit vlla ruinam,
 Quos Regum Regina vehit *CONCORDIA* cœlo.
 Ipse ego pro vestris armis, vestrâq; salute,
 Quo me cumq; solo mea fata, Deusq; locabunt,
 Sedulus incumbam precibus, vimq; inferam olympos
 Et mecum, quotquot superant vbicunq; bonorum
 Sacra Deo facient. Tum te, fortissime Ductor,
 Viuida *MAVRICII*, rediuiuaq; imago *VVilhelmi*,
 Patris, Auiq; simul Pietas, Virtusq; renati;
 O spes, ô lacerae fundatrix anchora proræ!
 Te faustus, te, te omnibus, gratiq; secundis
 Prosequimur votis; vt porro, vindice Christo,
 Iustitiæ, Pacis, Patriæ, Fideiq; beatæ,
 Tum Libertatis vindex, crucibusq; nefandis
 Sis modus, & trucibus nodus, cruxq; ipsa Tyrannis.

Eiusdem argumenti


EPIGRAMMA.

 *Æpè Dei populum bello premit impius ho-*
Dum iusti pœnas exigit ira Dei. (stis,
Sit amen ille pio resipiscat corde, vicissim,
Hoste premente, Deus fert miseratus opem.
Ipseq; magnanimo munitos robore mentis
Excitat Heroas presidiumq; suis,
Hinc vetus Amramides scœuas Pharaonis habenas
Excutiens, siccum per mare carpit iter.
Nunides clamore virum, clangore tubarum
Pugnat, & alta graui mœnia mole ruunt.

Vitæ


Uititur haud ferro, sed fractis **GIDEON** ollis,
Exigua sternens agmina magna manu,
Mille viros asini mala **MANOEV**S heros,
Sexcentos baculo, **SAMGARE** fundis humi.
Et puer **S A I D E S** immanis in ora gigantis
Saxum adigens, hosti detrahit arma truci.
MAVRICII tot bella vide, latoſq; triumphos
URANII: dices: Huic quoq; numen adest.
Hunc etiam pro gente sua, post mille labores,
Suscitat heröem justus in arma Deus.
Terruit hic magnos, pacemq; rogare coëgit
Hostes, quos metuit solis utrumq; latus.
Papicolis vasto rumpantur ut ilia nisu:
Non vi, non vlla cogitur arte fides.
Felices Belga, quibus obſignata cruore
Stat proprio, Christi sanguine parca ſalus,
Pergite pro **CHRISTI** contemnere nomine vi-
uam ueſtra dabit non moritura fides. (tam
Pergite diuina pro relligione tyrannis
Obijcere Uranio cum duce forte caput.
Salue heros, ſalue Urania celeberrima gentis
Gloria, Belgarum te duce ſurgit honos.
Ipsa tuos celebrans Eccleſia lata triumphos
Dona **DEI** merita talia laude vehit.
Summe **DEVS** tibi laus: ſine te ſuccumbimus
Te duce victores, quolibet hoſte, ſumus. (agri:

Daniel Clæpius, F.














Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X




sb.

V077







Farbkarte #13

B.I.G.

CIVIS

31

gyricum

TVR BENE
clesiam, & Politias,
alijs Germani san-
Illustrissimo Duce
FRANTIO. &c.
Virtute, Auctoritate,
ructo ad Tyranni-
tia & Pacis,
endos.

NOITO.



by.

